CASSII DIONIS COCCEIANI

HISTORIARVM ROMANARVM QVAE SVPERSVNT

EDIDIT

VRSVLVS PHILIPPVS BOISSEVAIN

VOLVMEN I

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXXV

PRAEFATIO.

Multis annis abhinc cum curriculo Academico absoluto Vindobonae studiis historicis me darem, admonitus sum ab Ottone Hirschfeld nunc Berolinensi — qui quanta comitate me tunc exceperit postea semper prosecutus sit grato animo usque recordor — ut Cassio Dioni, post Immanuelis Bekkeri curas egregias nimis diu neglecto, operam dare vellem. Putabat enim Academiae Lugduno-Batavae alumno, discipulo Cobeti, qui iam historiae veteri incumberet, Dionis edendi munus, quod tam philologi vires exigeret quam historici, haud absurde fortasse posse confidi.

Nec meus a tali negotio abhorrebat animus. Itaque paulo post peregrinans per Italiam codices paene omnes, quibus Dionis libri vel fragmenta adservata sunt, investigare, examinare, conferre coepi. Sed redux in patriam statimque scholae negotiis obrutus edendi Dionis consilium in incertum tempus differre coactus sum. Post aliquot demum annos tantum otii nactus ut quod olim mihi proposuissem peragere me posse putarem, certior factus sum in officina Teubneriana iam editionem parari novam. Quod laetus paene accepi: magis enim magisque deterrebar a munere, quod quam arduum esset et molestum initio parum perspexeram.

Anno autem 1890 Melberianae editionis primum volumen in lucem prodiit quam, licet laude sua non fraudandam, tamen aequis eruditorum desideriis non ab omni parte satis facere cum intellexissem[1]), tandem aliquando *ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ* onus iam abiectum rursus humeris meis imposui.

1) Censuram eius libri egi *Berl. Phil. Wochenschrift* 1891, p. 101—108 et *Museum* 1894, p. 307—311. Vide praeterea *Litt. Centralblatt* 1891, p. 1319, Rushforth (*The Classical Review* 1891, p. 27—29), B. Kuebler (*Deutsche Litteraturzeitung* 48, p. 1743—1745), H. Maisel (*Neue phil. Rundschau* 1893, p. 93 sqq.).

Continet hoc primum editionis nostrae volumen librorum 1—35 deperditorum reliquias, libros superstites 36—40. In praefatione primum de libris manu scriptis, quibus Zonarae epitome et varia Dionis fragmenta servata sunt, tum de codicibus librorum integrorum quanta potui cum cura exposui. Editionum et interpretationum index his subiectus. Appendicis loco fragmenta quaedam Plutarchi in magno opere historico Constantiniano Dioneis interiecta et Excerpta Planudea imprimenda curavi. Non addidi, quam olim addere constitueram, disquisitionem de Dionis vita et scriptis, de historiarum eius indole fide auctoritate, de sermone Dioneo et quae sunt eiusmodi, ne hoc volumen in inmensum cresceret.

DE IOANNIS ZONARAE CODICIBUS.

(cf. Buettner-Wobst, *Studien zur Textgeschichte des Zonaras, Byz. Zeitschr.* 1 [1892] p. 202—244 et 594—597, Boissevain, *Zur handschriftlichen Ueberlieferung des Zonaras, Byz. Zeitschr.* 4 [1895] p. 250—271.)

Ostendit primus A. W. Schmidt in nota sua disquisitione de fontibus Zonarae[1]), historicum Byzantinum in libris 7—12 praeter Plutarchum et Eusebii Caesariensis historiam ecclesiasticam (si minutiora omittas) solum Cassium Dionem excerpsisse, idque post alios accuratissime et plerumque recte exposuit Buettner-Wobst.[2]) Igitur Zonaras in hac *ἐπιτομῆς ἱστοριῶν* parte nobis tamquam alter est Xiphilinus. Ut enim hic 45 Dionis libros (36—80) in epitomen redegit ita Zonaras primum libros 1—21 excerpsit (l. 7—9), deinde (neglecta rei publicae liberae historia post Carthaginem captam, quam Dionis libris destitutus omittere coactus erat) eum inde a libro 44 usque ad Traiani fere regnum rursus est secutus (10, 12—11, 21), postremum Xiphilino in Dionis locum substituto epitomes nobis dat epitomen.[3]) Nec si operis utriusque ambitum spectas multum inter se differunt Zonaras et Xiphilinus, quod praesertim valet de Zonarae libris 7—9.[4])

1) *Ueber die Quellen des Zonaras, Zeitschr. f. d. Alterthumswissenschaft* 1839 n. 30—36 (Zon. ed. Dind. 6, III—LX).

2) *Die Abhängigkeit des Geschichtsschreibers Zonaras von den erhaltenen Quellen, Commentationes Fleckeisenianae* 1890 p. 142—150.

3) Lib. 11, 21—12, 15. Vide me in *Herm.* 26 p. 440—452.

4)

Zonaras:			Xiphilinus:		
Dio	libri		Dio	libri	
1—21	21 =	circiter 220 pag. ed. Dind.	36—80	45 =	circiter 454 pag. ed. Dind.
44—68	25 =	„ 138 „ „ „			
69—80	12 =	„ 50 „ „ „			

Itaque rectissime nuperrimus Dionis editor Melber Zonarae libros 7—9, quoad Dionis sunt, in editionem suam recepit, in hoc tantum leviter vituperandus, quod ex libro septimo, in quo Plutarcheis quoque largiter usus est Zonaras, non omnia quae Dionis sunt sedulo collegit. Zonaras

Innotuerunt autem ad hoc tempus codices Zonarae non minus 44, quorum duodeviginti totam ἐπιτομὴν complectuntur, tres libros 1—12, unus libros 1—9, item unus l. 7—14. 22. De ceteris, quibus libri 10—18 aut omnes aut partim continentur, nunc nobis agendum non est. Magnus ille codicum numerus quonam cognationis vinculo inter se sint coniuncti nondum satis exploratum habemus, quo factum est ut ne hoc quidem constet qui agmen ducant, qui prorsus abiciendi sint. Ego quoque, cum Zonarae libros 7—9 edendos mihi sumerem, in hanc rem inquirendum duxi, quam tamen ad liquidum perducere non potui.[1] Nec poterit, opinor, nisi qui libros Zonarae manu scriptos aut omnes aut magna saltem ex parte sua manu versaverit, sedulo excusserit, inter se comparaverit. Quod a Dionis editore flagitandum non videtur.

Adhibui autem ad textum Zonarae constituendum libros tres:

1. *Codicem Vindobonensem 16* (*B*)
2. *Codicem Colberteum sive Parisinum 1717* (mihi *C*)
3. *Codicem Parisinum 1715* (*A*)

nec neglexi

Codicem Monacensem 324 (mihi c, Pindero *C*).

Codex Vindobonensis n. 16 (B)

membranaceus est, saec. XV[2]) in fol., foliorum 478, pulchre scriptus[3]), olim Matthiae Corvini, post Joannis Fabii, Vindobonensis episcopi, nunc Bibliothecae Caesareae. Continet totum Zonarae opus.

Inscribitur: *ἐπιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγεῖσα καὶ συγγραφεῖσα*

---

1) Cf. disquisitionem meam supra laudatam. Tres quattuorve codicum familias α β γ δ distinguere conatus sum, non nescius ipse hanc divisionem ad tempus tantum valere posse. Hinc in adnotatione critica initio hic illic adnotavi lectionem aliquam esse classis α vel β, quibus locis semper agitur non tam de varia quadam lectione quam de verbis retractatis. Ex quattuor codicibus quos in textu constituendo adhibui cod. C(olberteus) solus pertinet ad α, nullus ad β.

2) Ut putat Schenkl., *Byz. Zeitschr.* 1 p. 207 sq.

3) Cf. *Byz. Zeitschr.* 1 p. 216.

Zonaras *παρὰ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ τοῦ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρήτης.*

Hunc codicem optimae notae in plerisque convenire cum codice Colberteo qui adnotationem criticam inspexerit facile agnoscet; quas solus servavit bonas lectiones paucae sunt, veluti 7, 18, 1 *ἐπεξελθόντες*, 8, 11, 2 *παχέντι* (quod tamen etiam cod. c habet), 8, 14, 6 *τῶν ναυτικῶν*. Si saeculo demum decimo quinto exaratus est, ut opinatur Schenkl., ab optimo exemplari descriptus sit necesse est. Codicem ipse non vidi. Contulit nescio quis in usum Pinderi, ex cuius editione (*Corp. Script. Hist. Byz. Bonn.*) variam lectionem desumpsi.

Codex Colberteus s. Parisinus n. 1717 (C)

bombycinus est, saec. XIII, 252 × 175 mm., foliorum 418, parvis litteris sed nitide exaratus. Continet libros 1—12. Initio mutilus est, praeterea madore et tinearum morsu valde corruptus.

Incipit f. 1ʳ: *στιχον ἂν καὶ αὐτὸσ τὴν περὶ ἑκάστου πραγματεια[ν ποιήσομαι δι]ὰ ταῦτα κ. τ. λ.* (1, p. 8, 19 Bonn. = 1, p. 5, 24 Dind.).

Explicit f. 418ᵛ: *ἀλέξανδρος τὴν ἀρχιερωσύνην ἔσχηκεν* + (2, p. 626, 2 Bonn. = 3, p. 170, 10 Dind.).

In codice Praefectorum Bibliothecae Parisinae insigni liberalitate Groningam mihi transmisso libros 7—9 ipse excussi. In universum aut cum B, quod plerumque obtinet, aut cum A convenit, haud raro tamen utrique bonitate praestat. Sic solus servavit veram lectionem 7, 7, 2 *περὶ ἑαυτοῖς* (*περὶ ἑαυτῶν* BA), 7, 10, 5 *ἀνέμιξεν* (*ἐνέμιξεν* BA), 7, 14, 9 *ἔφη* (*ἔφησεν* BA), 7, 17, 4 *ἐνετειχίσαντο* (*ἐτειχίσαντο* BA), 8, 3, 5 *καὶ* add., 8, 3, 8 *τῶν* add., 8, 4, 1 *μὲν* add., 8, 7, 3 *καταίρειν* (*καθαίρειν* BA), 8, 15. 1 *τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν ἀρετὴν* (*τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ ἀξίωμα* BA), 8, 18, 3 *ἐδεδίεσαν* (Dio *ἐδέδισαν*; *ἐδεδοίκεσαν* BA), 8, 21, 1 *ἐχομένῳ* (*ἐρχομένῳ* BA), 9, 2, 11 *ὅποι* (*ὅπη* BA), 9, 6, 3 *ἀναχωρεῖν* (*ἀναφυγεῖν* BA) cet.

Verba quaedam vel sententias saepe huius codicis librarius omisit, quae tamen pleraque a manu secunda ex altero libro in margine vel inter lineas addita sunt.

Colbertei codicis, utpote hucusque minus noti, etiam minutiora in adnotatione critica commemoravi.

Codex Parisinus n. 1715 (A)

bombycinus est, anno 1289 ad finem perductus (teste subscriptione *ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸσ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ τάχα*

καὶ μοναχοῦ μώκῖου τοῦ ταράνη: — + *μηνὶ ἀπριλλίῳ πεντεκαιδε-* Zonaras
κάτῃ· ἡμέρα $\overset{σ}{ς}$*·* N[1]) *ἔτουσ ςψϛζ*: — *δόξα σοι ἁγία τριὰσ πάντων ἕνεκα*: —), 360 × 280 mm., foliorum 473 (469 + 14 bis 150 bis 215 bis 215 bis 215 quater — 116), litteris grandibus perspicue nec tamen eleganter perscriptus. Continet totum Zonarae opus.

Inscribitur: *ἐπιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγεῖσα καὶ συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας* [*καὶ* om.] *πρωτοασηκρῆτις*.

Haud parvus est numerus locorum, quibus solus Parisinus codex A genuinam lectionem nobis servavit, pessumdatam in B et C. Insigniora dabo exempla: *ὑποθήκης* (*ὑποθέσεως* BC) 7, 10, 9, *οὖν* add. 7, 19, 5, *ἔργον σφᾶς* (*σφᾶς ἔργον* BC) 8, 5, 3, *ἐφῆκε* (*ἀφῆκε* BC) 8, 5, 4, *μετεπέμψατο* (*μετεπέμπετο* BC) 8, 5, 7, *συνηγμένα* (*συνερηγμένα* B, *συνερρηγμένα* C) 8, 6, 13, *προσεπεκτῶντο* (*προσεκτῶντο* BC) 8, 12, 11, *Ἴτον* (*Ἴμον* BC) 8, 19, 8, *Γαμίνιον* (debebat *Γάμινον*: *γάμον* BC) 8, 25, 2, *Σικελίαν* (*Ἰταλίαν* BC) 9, 11, 8, *ἐκεῖ* (*ἐκεῖσε* BC) 9, 11, 8, *ἐπεδίωξεν* (*ἐδίωξεν* BC) 9, 15, 6, *ἀνάγοντα* (*ἄγοντα* BC) 9, 20, 2.

Nec tamen eius est bonitatis ut criseos Zonarae tamquam fundamentum haberi possit, ut non nemo opinatus est.[2]) Immo vero, cum in universum aestimanti libri B et C codici A praestent (cf. *Byz. Zeitschr.* 4, p. 265 sqq.), hic liber tamen nonnumquam ipsam Zonarae manum solus servaverit, hodie his tribus codicibus textus Zonarae aequaliter niti debet, in quo constituendo *ἐκλεκτικῶς*, ut aiunt, est agendum.

Hic quoque codex per aliquod tempus Groningae praesto mihi fuit. Satis tamen habui Haasii collationem, qua et Pinder et Dindorf usi sunt, in meum quoque usum convertere, non nescius eam non ab omni errore immunem esse. Ipse contuli l. 7, 1—11 et 8, 3—6, praeterea varios hic illic locos.

Codex Monacensis n. 324 (c)

bombycinus, saec. XIII, foliorum 247, nitidissime scriptus (Hardt. *Cat. codd. mss. graec. bibl. reg. Bavar.*), continet totum Zonarae opus.

---

1) Indictionis numerus deest.

2) Hac opinione in errorem inducti nonnullis locis Dindorfius et Melber auctoritatem libri A immerito secuti sunt veluti 7, 9, 8 *καὶ τῶν ἱερωσυνῶν* (*καί τινων ἱερωσυνῶν* BC), 7, 16, 10 *πάντες ταύτην τὴν χάριν* (cf. Add. et Corr.; *ταύτην τὴν χάριν πάντες* BC), 8, 9, 2 *οὕτως ἔπλευσεν* (*οὕτω διέπλευσεν* BC), 8, 11, 9 *ἐλύθη* (*διελύθη* BC), 8, 12, 4 *ἐπέστρεψαν* (*ὑπέστρεψαν* BC), 8, 12, 4 *πλευσόμενος*

Zonaras Inscribitur: *χρονικὸν τοῦ τιμιωτάτου μοναχοῦ κυρίου Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ* ⁘ Huius autem codicis, quem Hieronymus Wolf, primus Zonarae editor, inprimis secutus est, proprium pretium aut exiguum est aut nullum. Quanta licentia eius librarius in describendo usus sit monui *Byz. Zeitschr. l. l.* p. 257 sq., nec, quod sciam, praeter locos fortasse tres, in his certe Zonarae libris, sinceram praebet lectionem quae in BCA non compareat. Quare hunc librum omnino spernere decreveram; a quo consilio tamen recedendum mihi putavi, quoniam utiliter poterat adhiberi ad fidem codicum ABC exigendam, ubi aut A a BC, aut B a CA, aut C a BA discreparet. Quod ubi obtinet ope Monacensis facile diiudicabimus utrum ea peculiaris sit lectio libri A aut B aut C, alibi non reperta, an exstet etiam in alia codicum familia, quam Monacensis nobis repraesentet.

Igitur neglectis lectionibus, quas solus praebet, in variis tamen lectionibus codicum ABC indicavi (parva littera c) a cuius parte stet Monacensis liber. Pinderi adnotationem criticam plerumque secutus collatione quoque usus sum a Dindorfio in volumine quinto editionis suae publici iuris facta.

DE EXCERPTORUM CONSTANTINIANORUM CODICIBUS.

DE TITULI *ΠΕΡῚ ἈΡΕΤῆΣ ΚΑῚ ΚΑΚΊΑΣ* CODICE PEIRESCIANO.

Cf. Wescher in Dorange, *Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque de Tours* 1875 p. 428 sq., Omont, *Catalogue des manuscrits Grecs des départements* 1886 p. 63 sqq., Gros. in *Praef.* ad editionem suam *Cassii Dionis* I p. LVII—LXXXIV, praecipue vero Buettner-Wobst, *der Codex Peirescianus. Ein Beitrag zur Kenntniss der Excerpte des Konstantinos Porphyrogennetos, Berichte der Königl. Sächs. Gesellschaft der Wissenschaften* 1893 p. 261—352.

Nobilissimus hic codex, hodie apud Turones in bibliotheca publica adservatus, olim fuit Nicolai Claudii Fabricii Peirescii[1], regis consiliarii in senatu Aquisextiensi, qui eum magna

(*πλεισσούμενος* BC), 8, 22, 7 *τὰ ἱμάτια* (*τὸ ἱμάτιον* BC), 9, 3, 3 *τέτοκε* (*ἔτεκε* BC), 9, 16, 4 *καὶ ὁ μὲν* (*καὶ ὃς* BC).

1) *Nicolas-Claude de Fabri Seigneur de Peiresc*, nat. die 1 mens. Dec. 1580, † die 24 mens. Iunii 1637. Vide de eo praeter Gassendii notum librum L. Delisle, *Un grand amateur français du XVIIe siècle*, *Toulouse* 1889 et Ch. Joret, *Fabri de Peiresc humaniste, archéologue, naturaliste*, Aix, J. Remondet-Aubin 1894. Optime cognoscitur ex litteris permultis ab eo vel ad eum scriptis, quae iam partim publici iuris factae sunt (*Collection de documents inédits sur l'histoire de France publiés par les soins du Ministre de l'Instruction publique*).

Excerpta Valesiana

pecunia in insula Cypro emerat. Atque id quidem notum. ignorant plerique, Peiresciam cum liber adveheretur nesciisse quodnam *κειμήλιον* adeptus esset. Patet hoc ex litteris eius ad amicum Parisinum *Du Puy* sub finem anni 1627 datis. Scribit die 8 mensis Decembris: . . . „*de Cypre on mande avoir quelque esperance d'un ms. pour raison de quoy le vice-consul vouloit aller en persone à la montagne pour l'amour de moy, cependant il m'envoye trois mss. en parchemin, qui sont en quarantaine aux isles de Marseille. Dieu sçait s'il y aurà rien qui vaille*[1]), et decem diebus post: „*Les trois livres mss. dont je vous parlois dernierement ont enfin achevé leur quarantaine et sont parvenus sains et sauves entre noz mains, et si bien pas un d'eux n'estoit celuy que nous avions demandé, je crois que vous ne trouverez pas pourtant que nous ayons perdu au change. Le plus petit n'est . . . . qu'un registre de la chambre des finances du royaulme de Cypre de l'an MCCCCLXVIII . . . . L'un des autres . . . . ne contient que des vies des saints . . . . . Mais le troisiesme est bien autre chose que tout cela. Il est en fort beau velin in fol., mais plus grand de beaucoup et fort espois, contenant 336 feuillets escripts en caractere de six cents bonnes années pour le moings et les tiltres en majuscule de lettres d'or comme aussy une quinzaine de vers jambiques inserez entre la preface et le premier chappitre, et les pages sont si grandes et si remplies qu'il y a bien de la matiere, n'y en ayant pas une qui ne fist un feuillet entier par colonne y joignant la version latine comme c'est la coustume des libraires de Paris et en la forme du Polybe de Casaubon a peu près. Ce livre est intitulé* ΠΕΡῚ ἈΡΕΤῆΣ ΚΑῚ ΚΑΚΊΑΣ *et contient des extraicts ou collections sur cette matiere, tirées de quattorze differants autheurs des meilleurs que l'on eust encores en Constantinoble au temps de Constantin Porphyrogenete qui a faict ou faict faire cette compilation, à scavoir*" [Iosephus, Georgius Monachus, Ioannes Malalas „*que je n'avois pas encor ouy nommer*", Ioannes Antiochenus „*qui ne passe plus oultre que Focas*", Diodorus, Nicolaus Damascenus, Herodotus, Thucydides, Xenophon, Arrianus, Dionysius, Polybius, Appianus, Dio].

Et paulo post: . . . . „*ce volume a esté relié en la forme qu'il est, et les feuillets cottez il y a bien 200 ans. Mais il falloit qu'il*

---

1) *Lettres de Peiresc aux frères Dupuy publiées par Philippe Tamizey de Larroque, Paris, Imprimerie Nationale* 1888 sqq., vol. 1 p. 436.

Excerpta Valesiana *eust esté auparavant descousu et deschiré et quelques feuilles perdues, dont il est aisé d'en recognoistre les deffectuositez, manquant le tiltre du recueil tiré de Nicolas Damascenus et ceulx de l'Arrianus et du Dyonisius Halicarnasseus, et se trouvant des transpositions toutes manifestes en divers endroicts, où l'on a entrelassé des cahiers du Polybe dans ceux du Dion et de ceux du Dion parmy ceux d'autres autheurs. Ce qui a besoing d'une disquisition bien exacte et d'une patience telle que pourroit estre celle de Mess*[rs] *Saulmaise, Holstenius (ou de M*[r]. *Rigault s'il vouloit s'y assujettir) pour bien discerner par le style different, ce qui merite d'estre restitüé a son vray autheur, là ou les allegations manquent*" (p. 443 sqq. cf. 5, 250 sqq.).

Ex quibus ultimis hoc quoque discimus Peirescium, circumspicientem cui eclogarum edendarum munus optime mandaret, cogitasse de Salmasio, de Holstenio, de Rigaltio, non cogitasse de eo, cui hoc negotium mox datum fuit: Henricum Valesium dico, tunc temporis annos tantum viginti quattuor natum atque extra Lutetiam Parisiorum hominibus litteratis vix notum.

Codex non statim Lutetiam missus est. Peste enim his temporibus Francogalliam praesertim meridionalem graviter vastante, quo commercium maxime impediebatur, verebatur Peirescius ne, si forte hic illic in statione retineretur, damnum acciperet, totusve periret.[1]) Accedebat libri melius noscendi cupiditas.[2]) Anno tamen 1629 exeunte thesaurum suum a se dimittere ausus est teste epistola ad eundem Dupuy data die 18 m. Novembris. „In cista", scribit, „qua Thuani res („*hardes et curiositez*") ad eum mittendas curavi, imposui et alias res *et finalement mon grand volume des eclogues de l'Empereur Constantin Porphyrogenete, que je me suis resolu de hazarder, pour ne vous faire tant languir, en l'attente de meilleure saison et plus seures commoditez, de crainte que vous ne trouviez par aprez que la chose ne le meritast pas, de quoy je commançois d'avoir grande honte*" (2 p. 198 sq.).

Mense demum Aprili anni sequentis Peirescius certior factus est cistam Lutetiam advectam esse (2 p. 238; cf. ep. dat. die 22 m. Febr., p. 237 et p. 698), nec tamen qui eclogas ederet inventus erat. Olim Salmasium vel Rigaltium editorem optaverat Peirescius, iam Hugonem Grotium, his annis ut notum est Lutetiae degentem, praeferebat (2 p. 199 sqq., cf. p. 705). Salmasius autem fortasse editoris munus se suscepturum pollicitus est, quippe cui

1) Cf. *Lettres de Peiresc* 5 p. 295.
2) cf. *l. l.* p. 482.

Excerpta Valesiana

a. 1631 liber a Dupuy traditus sit (2 p. 290). Nec tamen si pollicitus est, promisso stetit. Ante diem 1 m. Nov. 1632 redierat codex in manus Dupuy (2 p. 367), at simul qui eum ederet sese obtulerat. „*J'ay bien de l'obligation a Mr de Valois*", ita Peirescius ad amicum, „*et rechercheray tout moyen de me revancher de tant de bonne volonté qu'il monstre avoir pour moy, laquelle je ne dois imputer qu'a l'excedz de courtoisie avec quoy vous aultres Messieurs luy pourriez avoir parlé de moy, plus tost selon ce que vous souhaittiez que je fusse que selon ce que je pourrois estre de ma vie, de quoy par consequent je vous ay la principalle obligation. Et serois bien ayse d'entendre que son Ammian Marcelin fusse en estat de voir le jour, mais pour la dedicace des eglogues de Constantin Porphyrogenete je suis bien d'advis que vous luy en fussiez faire l'addresse à quelqu'un qui aye moien de luy faire toucher quelque chose des bienfaicts du Roy. Pour moy je luy suis trop rederable de sa bonne volonté*" (2 p. 368).

Intra annum et semestrem, mense Maio ut videtur anni 1634[1], iam prodiit liber hoc titulo: *Polybii, Diodori Siculi, Nicolai Damasceni, Dionysii Halicar., Appiani Alexand., Dionis et Joannis Antiocheni Excerpta ex Collectaneis Constantini Augusti Porphyrogenetae Henricus Valesius nunc primùm Graecè edidit, Latinè vertit, Notisque illustravit, Parisiis, M. D. C. XXXIV. Sumptibus Mathurini du Puis, viâ Jacobaeâ, sub signo Coronae. Cum privilegio Regis.*

Valesius quam bene de his fragmentis meritus sit, nemo doctus nescit. Non tamen omnia edidit, neglectis nempe iis quae iam aliunde nota erant, omissis quoque excerptis Georgii Monachi et Ioannis Malalae.

Codex autem etiam postea apud Parisios aliquamdiu remansit, nec fortasse ad dominum suum vivum rediit (Peirescius † die 24 m. Iunii 1637). Certe anni 1635 initio erat adhuc in manibus Samuelis Petiti (*l. l.* 3 p. 269).

Qui varios codicis per saec. XVII casus cognoscere curat fortasse non sine fructu librum Delislii supra laudatum adibit, quem mihi consulere non licuit. Hoc tantum novi eum tandem pervenisse in bibliothecam ducum de Lesdiguières[2]; quae gens cum

1) Regium privilegium bibliopolae Matburino du Puis datum est die 15 m. Maii 1634. cf. quoque Peirescii litteras *l. l.* 2 p. 478 sq. et 527; 3 p. 123; 5 p. 423.

2) . . . . *le précieux manuscrit est venu s'échouer a Marmoutier avec les débris de la bibliothèque de Lesdiguières* (Tamizey de Larroque, *l. l.* 1, 469 adn. 2).

Excerpta Valesiana

ineunte saec. XVIII exstincta esset[1], codex Peirescianus anno 1716 a Benedictinis Maioris Monasterii (*Marmoutiers*), prope Turonum oppidum trans Ligerim siti, emptus est, teste antiquo huius monasterii catalogo in quo memorabatur *de itiis et virtutibus Ms. Graecum emptum Tolosae anno 1716 in-fol.*[2]) Quocum conspirat nota in codicis pagina prima *ex libris Majoris Monasterii C 980.*[3]) Temporibus civilis perturbationis cum coenobium everteretur nobilis codex ad Turones translatus est, apud quos ad hunc usque diem adservatur. Grosio autem cum editionem Dionis pararet Lutetiam transmissus plus decem annos in huius domo latuit et vix tandem post mortem eius a Turonibus recuperatus est.[4]) Post Grosium codicem tractarunt Iulius Wollenberg, Carolus de Boor, ego, postremus denique Buettner-Wobst, qui accuratissime totum descripsit.[5])

Codex est membranaceus, 365 × 277 mm., (pars autem scripta cuiusque folii est 275 × 190 mm.), saec. X XI, foliorum 333, litteris minusculis pulchre scriptus.[6]) Unumquodque folium 32 versus continet 46—54 litterarum.

Quo tempore in Peirescii manus veniebat codex quattuor foliis scriptis, duobus a capite et duobus itidem in fine, auctior erat. Hinc folium quod nunc primum est numero 3 signatur. Continebantur autem duobus primis foliis, iam olim teste Valesio lectu diffi-

1) Die 5 m. Augusti 1711 obiit Alphonsus *de Créquy*, comes *de Canaples* qui anno 1703 ultimus dux de Lesdiguières factus est, et die 21 m. Ianuarii 1716 paenultimi ducis vidua. Cf. *Lettres de Madame de Sévigné* (*Les grands écrivains de la France*) 2 p. 492 adn. 8 et 3 p. 40 adn.

2) Cf. Gros. *l. l.* p. LXXXIV, Buettner-Wobst *l. l.* p. 262.

3) Cf. quoque epistulam die 20 m. Iulii 1719 a Benedictino Alexio Lobineau ad Ludovicum Tasche datam apud Gros. *l. l.* p. LX, Buettner-Wobst *l. l.* p. 263.

4) Cf. Buettner-Wobst *l. l.* p. 265.

5) Lutetiam postquam a Peirescio missus est codex teste Valesio in praefatione *transcriptus* (est) *a paucis iisque doctissimis viris.* Idem ex Peirescii litteris manifestum fit. Quod tamen non ita accipiendum est quasi totius voluminis tum apographa facta sint. Partes tantum eas quae maxime placebant sibi quisque descripsit. Sic cod. Parisinus Graecus n. 2550 f. 17—94 excerpta continet Diodori, Dionis, Ioannis Malalae manu Casauboni scripta. Vide quoque *Lettres de Peiresc* 2, 705. Ipse quoque Peirescius amicis suis Excerptorum indices speciminaque misit. Eiusmodi index repperitur in cod. Barberiniano 2, 58 f. 102—106 quibus prima ultimaque cuiusque scriptoris fragmenta notata sunt.

6) Vide imaginem photolithographicam folii 272ʳ apud Omont. *l. l.* in calce. — „*addo codicem, id quod iam primo obtutu adparet, eadem manu qua praestantissimum illum Aristotelis librum Parisinum 1835 P exaratum esse*“ Iulius Wollenberg, *Progr. d. französ. Gymnasiums zu Berlin,* 1861 p. 2.

cillimis,[1]) tituli praefatio (quae redit in titulo *de legatis* redibatque, opinor, in omnibus) cum indice scriptorum excerptorum, et *ἴαμβοι σημαίνοντες τὴν βασιλικὴν ἀγωγήν* (ed. Val. p. 2—6). In fine duo folia scripta periisse facile demonstrari potest. Omnium enim fragmentorum ultima sunt Excerpta Dionea. Horum postrema pars, qua nondum carebat codex cum a Valesio edebatur, nunc desideratur (inde a *μήτε λέγειν μήτε ἀκούειν* lib. 79, 13, 2). Quae fragmenta cum $1^1/_2$ folii spatium expleant ad minimum duo folia evulsa fuerunt, quorum ultimum e parte versa scriptura vacabat. Continebat igitur codex cum in Galliam advectus est $333 + 2 + 2 = 337$ folia ($336^1/_2$ scripta).[2]) Excerpta Valesiana

Bis folia numeris notata sunt, a Peirescio vel Valesio olim et nostris temporibus a viro doctissimo Duboz, qui hodie bibliothecae Turonensi praeest. Uterque cum unum folium casu signare omiserit (Peirescius inter f. 236 et f. 237 postea 236[bis] insignitum, Duboz inter f. 65 et 66 iam 65[bis] notatum) cumque praeterea folia quaedam locum mutaverint et Duboz primum quoque folium chartaceum signarit, hi numeri ab illis ubique discrepant.[3]) Equidem veteres secutus sum, hucusque necessario usurpatos ab iis qui codicem tractaverunt, ne discrepantia numerorum cum inutilis tum molesta oreretur.[4])

Tituli *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας* parte priore quae sola hodie superest — periit pars altera[5]) rerum ab Imperatoribus gestarum

---

1) *„Cum in exemplari nostro maxima pars huius prooemii ita deleta esset, ut prorsus non posset legi ex editione Hoeschelii id supplevimus“* Vales. *adn.* ad p. 2.

2) Peirescius ipse quod scribit *contenant 336 feuillets escripts en caractere* cet. (vide supra p. VII), id inde explicandum videtur quod unum folium in numerando praetermiserit, nisi credere mavis eum folium 337 a recta parte tantum scriptum neglexisse. — Tria folia hodie ultima 332—334 olim prima ternionis vel quaternionis fuerunt, nam f. 144, quod folium 332 praecedebat, quaternionis ultimum erat. Ergo codex cum e librarii manu exiret aut tribus foliis in fine auctior erat, si ternione usus est, aut quinque, si quaternione. Vacabantque igitur a scriptura aut $1^1/_2$ aut $3^1/_2$ folia. Foliis puris utrum codex privatus fuerit cum ad Peirescium adlatus est necne nihil refert. Equidem crediderim iam tum avulsa esse cum liber pessime habitus denuo illigaretur („*il y a bien 300 ans*“ Peirescius). Rationes Buettneri-Wobstii p. 348, 3 non intellego.

3) Cf. Buettner-Wobst *l. l.* p. 267.

4) Aliter visum Buettnero-Wobstio, quem tamen spero fore ut in excerptis edendis ad veterem numerationem redeat, qua recens nihilo est praestantior.

5) Praefatio ita incipit: *ὑπόθεσις τοῦ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας βιβλίον πρῶτον,* explicit: *καὶ οἱ ἐφεξῆς* (scriptores) *ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἐπιγράφονται.*

Excerpta Valesiana

chronica Byzantina continens — fragmenta quattuordecim scriptorum collecta erant, quorum ecce index:

Α Flavius Josephus
Β Georgius Monachus
Γ Joannes Malalas
Δ Joannes Antiochenus
Ε Diodorus
ϛ Nicolaus Damascenus
Ζ Herodotus
Η Thucydides
Θ Xenophon
Ι Arrianus
ΙΑ Dionysius
ΙΒ Polybius
ΙΓ Appianus
ΙΔ Cassius Dio.

Quae fragmenta quo modo per singula codicis folia distributa sint[1]) accuratissime exposuit Buettner-Wobst *l. l.* p. 270—350.

Dionis fragmenta reperiuntur:

(quat. 4½ folia ultima)	f. 288ᵛ—292 =	**1** (fr. 6, 2) — **22** (fr. 40, 5)
(integer quaternio)	f. 168 —175 =	**22** (fr. 40, 5) — **73** (fr. 84, 2)
(integer quaternio)	f. 192 —199 =	**74** (fr. 85, 1) — **123** (fr. 109, 21)
(integer quaternio)	f. 200 —207 =	**124** (42, 8, 1) — **159** (49, 7, 6)

[1]) Supra iam Peiresciam audivimus querentem quaterniones totos vel singula folia locum suum in codice saepissime mutasse. Operae pretium est nosse quae scribit in litteris die 18 m. Nov. 1629 ad Dupuy datis: *Je ne l'ay pas faict couldre, ains l'ay faict passer par des longs filletz tendus d'une tranchefile à aultre, pour chascun cahier, selon l'ordre que je l'avois rangé dez la permiere foys que j'y mis le nez et que je le fis descouldre, pour r'abiller les transpositions, qui y estoient manifestes, la vieille rellieure ayant esté si mal endossée, que la plus part des cahiers avoient esté aultres fois pourris par le doz, et les feuilles mesmes fendües, et puis recousües sans ordre, car il n'y avoit poinct eu de reclame, lorsqu'il fust escript. Je crois bien avoir rencontré en plusieurs lieux la vraye suitte et des cahiers et des feuillets transposez, et y avoir suppléé les reclames qu'il y falloit, mais il y en a d'aultres, où je pense m'estre equivocqué, et toutefoys je n'eus pas le loisir depuis de le mieux parcourir et examiner, pour ne pas y laisser du regret, principalement aux eclogues tirées du Nicolaus Damascenus que j'eusse bien voulu pouvoir bien distinguer d'avec le reste, car le commancement y manque. Il fauldra que quelqu'un de cez Messieurs de delà, qui ont plus de cognoisçance, de practique et de loisir que moy, s'en donne la peine,* cet. (*l. l.* 2, p. 199).

(int. quat.) { f. 145. 150. 151. 149 / 147. 152. 153. 146 }[1]) = 160 (49, 20, 4) — 199 (59, 4, 6) Excerpta Valesiana

(int. quat.) { f. 122. 123. 124. 148 / 125. 126. 127. 128 }[2]) = 199 (59, 4, 6) — 239 (61, 10, 1)

(int. quat.) { f. 131. 132. 133. 129 / 130. 134. 135. 136 }[3]) = 239 (61, 10, 1) — 304 (71, 14, 1)

integer quaternio f. 137 — 144 = **304** (71, 14, 1) — **375** (77, 13, 7)

quaternionis 41[4]) { f. 332 — 334 = **376** (77, 13, 7) — **411** (79, 13, 2)[4])
folia priora { 335. 336r [5]) = **411** (79, 13, 2) — **415** (80, 3, 2)

Itaque hodie supersunt in codice Peiresciano 415 Excerpta Dionea,[6]) sed etiam plura fuerunt. Nam inter f. 199 et f. 200 integer quaternio perierit necesse est, cum credibile non sit ex libris 36—41 epitomatorem nihil excerpsisse. Quo quaternione si 40—50 Excerpta scripta fuisse sumamus titulum *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας* circiter 460 Fragmenta Dionis foliis 73 (65 + 8 quae perierunt) comprehendisse apparet.[7])

1) Foliorum paria hoc ordine sese excipiebant:

145 150 151 149 147 152 153 146



2) Foliorum paria hoc ordine sese excipiebant:

122 123 124 148 125 126 127 128



3) Foliorum paria hoc ordine sese excipiebant:

131 132 133 129 130 134 135 136



4) Buettner-Wobst unum fragmentum parvulum (ex 78, 27, 1) adnotare omisit. Quod moneo ne quis putet meam computationem ab eius computatione discrepare.

5) Hodie desunt, cf. p. XI.

6) Inter quae sex Plutarchea, n. 106—111 (V. p. 646—649) inter fr. 102, 12 et fr. 104, 1. 2. Cf. Appendix.

7) Ad haec non optime quadrant quae scribit Peirescius l. l. 1, p. 482: *J'oubliois de vous dire qu'ayant faict descouldre une partie de nostre ms. grec et en ayant conferé quelques passages sur ce que nous avons de Polybe et de Dion, j'en ay assemblé du Dion jusques à 64 feuillets, dont les 60 s'entresuivent, y ayant encore une grave lacune ou interruption entre les 4 feuillets du commancement et les 60 du reste de la suitte; mais il y a dans notre volume deux cahiers que je pense estre de cet autheur là, nous verrons s'il y aurà moyen de les joindre. En ce cas là il y en auroit 80 feuillets en tout.* Errasse Peirescium patet.

Excerpta Valesiana

Codex Peirescianus quanquam pulchre tamen sat neglegenter scriptus est: accentus spiritusque saepissime omittuntur aut perperam appinguntur, iota quod vocatur adscriptum neglegitur fere, interpunctionis ratio subinde risum movet. Quae omnia ut probentur initium Excerptorum Dioneorum ad fidem codicis exscribam (f. 288ᵛ)[1]:

ΙΔ † ΠΕΡῚ ἈΡΕΤΗ͂C ΚΑῚ ΚΑΚΊΑC ⁘ †

ἐκ τ̔ ἱστορίασ
Δίων κοκ
κιανου. ῥω
μαϊκῆς

Ὅτι ὁ νουμασ ὤκει ἐν κολωνῶι τῶι κυριναλίω
ὠνομασμένωι ἅτε | ϛ σαβῖνοσ ὤν· τα δε δὴ
αρχεῖα ἐν τῆι ἱερᾶ ὁδῶ εἶχε· καὶ τάσ τε | δια-
τριβὰσ. πλησίον τοῦ ἑστιάιου ἐποιεῖτο· ϛ
ἔστιν ὅτε καὶ κατα | χώραν ἔμενεν· ὁ δε δίων
φ^{ῃ} ὅτι σπουδὴν ἔχω συγγράψαι· πάνθ |

De itacismo in orthographia huius codicis frequentissimo iam egit Gros. *l. l.* p. LIX. Scribitur saepe

ει pro η ι οι
η pro ι ει οι
ι pro η ει οι
υ pro η οι
οι pro ι υ

Praeterea haud raro ε pro αι et η pro ε et αι exaratur et saepissime ο et ω confunduntur.

Siglis compendiisve librarius haud raro usus est. In Dionea parte haec occurrunt[2]:

θσ θυ θὸν θῶν	=	θεός θεοῦ θεόν θεῶν
οὐνοῦ	=	οὐρανοῦ
πρσ πρι πρα	=	πατρός πατρί πατέρα
μρα	=	μητέρα
υσ	=	υἱός
ἀνων	=	ἀνθρώπων
ἀνινων ἀνεινων	=	ἀνθρωπίνων ἀνθρωπείνων
ἀνινώτερον	=	ἀνθρωπινώτερον
ἀνπεια	=	ἀνθρώπεια
πριδι	=	πατρίδι
σριασ	=	σωτηρίας
ϗ ϛ	=	καί

1) Alia exempla vide apud Wollenberg *l. l.* p. 5 et apud Buettner-Wobst passim. — Tituli auratis litteris exarati sunt.

2) Vide quoque Gros. *praef.* p. LX.

Excerpta Valesiana

γ	=	γάρ (in versus fine)
θ	=	-θαι (in versus fine)
ηττο	=	ἧττον
πειραι(ω᾽	=	πειραιῶς
τ°	=	τος
αυ^τ	=	αὐτῷ αὐτόν
του^τ	=	τοῦτο
βουλεύμ^τ	=	βουλεύματα
δαμασι^π	=	Δαμασίππου
δημαρ^χ	=	δημάρχους
ρ^χ	=	ἑκατοντάρχοις
ζ	=	Ζεύς
φ^η φ^α	=	φησί φασί
π^ε	=	περί
νουμαν^τ	=	Νουμαντίνων
κορίν^θ	=	Κορινθίων
στρα^τ	=	στρατηγῶν
ι^π	=	ἱππέα ἱππῆς ἱππέων ἱππεῦσι
ον^ο	=	ὀνόματι
δικτα	=	δικτάτορι
πο^λ	=	πολέμου
προ	=	προαστείῳ

Praeterea numeri fere litteris et nomina propria haud raro per compendia exarantur, cf. fr. 63 et 65 et exempla modo allata.

Lemmata in margine saepissime adscripta sunt veluti:

πυρρ°/ ρηγουλ°/ cet.,

vel:

μ π^ε σκιπι
α ω^ο_Ν Τοῦ α
ρ φρικαν^ε
κ
ε
λλ°/

Interdum quoque ad eam fragmenti partem qua virtutis exemplum narratur in margine adnotatur ἀρετή, ad fragmentum autem 96, 1. 2 ὅμοιον καὶ διάφορον.

Excerpta Valesiana

Fragmenta incipere solent a solemni *ὅτι* cuius prima littera modulo maiore atramento rubro exarata est; in fine post puncta duo (:) spatium 3—4 litterarum a scriptura vacat.

Excerpta Dionea codicis Peiresciani ipse contuli; ante me contulerant Gros, Wollenberg. cuius schedae periisse videntur, de Boor; post me totum, ut dixi, codicem excussit Buettner-Wobst. Hunc de paucis quibusdam, in quibus me a de Boorii lectionibus, Melbero subministratis, discrepare videbam, per litteras adii. Is humanissime desiderio meo satisfecit. Quare ubi a Melbero discessero velim mihi fides habeatur.

DE TITULI *ΠΕΡῚ ΓΝΩΜΩ͂Ν* CODICE RESCRIPTO (VATICANO GRAECO 73).

(Cf. Maius, *Scriptorum veterum nova collectio* vol. 2, p. VIIII—XVIII. XXIII. XXXI—XXXIII. Theod. Heyse, *Polybii historiarum excerpta gnomica in palimpsesto Vaticano LXXIII Ang. Maii curis resignato retractavit Th. H.*, Berolini 1846, in praefatione, H. van Herwerden, *Spicilegium Vaticanum*, 1860 p. IX—XII, U. Ph. Boissevain, *de excerptis Planudeis et Constantinianis ab Angelo Maio editis*, in programmate gymnasii Erasmiani. Roterodami 1884 p. 25 sqq.)

Codex est membranaceus, saec. X/XI, formae maximae, 350 mm. × 275 mm. (pars scripta cuiusque folii 260 mm. × 200 mm.), foliorum 177 (= paginarum 354), litteris minusculis pulchre scriptus.[1] Unumquodque folium 32 versus continet 46—54 litterarum.[2] Haec qui comparaverit cum iis, quae de codice Peiresciano exposita sunt, statim videbit alterum librum alteri simillimum esse.[3] Nec suspicionem meam premam eiusdem bibliothecae dicam an collectionis olim fuisse et Peirescianum et Vaticanum et fortasse etiam Hispanum illum librum (*περὶ πρέσβεων*) quod incendio Escorialensi periit.

Neque dubito quin in hoc nostro quoque Vaticano ut in codice Turonensi fragmentorum ex quoque scriptore excerptorum seriei litteris auratis titulus appictus fuerit in hunc modum[4]:

Ά ✝ ΠΕΡῚ ΓΝΩΜΩ͂Ν ⁖ ✝

Nempe haec mihi causa esse videtur cur nullius scriptoris

1) Vide scripturae imaginem apud Maium *l. l.* in operis fronte.

2) Saeculo fere XIV super scripturam antiquam, quoad eius fieri poterat deletam, Aristidis rhetoris orationes et Platonis Gorgias scripta sunt.

3) Mensurae paululum quidem differunt, nec tamen obliviscendum librum Vaticanum esse rescriptum pergamenamque chemicis Maii venenis facile se contrahere potuisse.

4) Non aliter codex antiquus ille Hispanus ut ex apographis eius patet.

initium servatum sit: abiciebantur folia quae ad rescribendum minus idonea videbantur.

Sed non tantum eae verum multo plures membranae illo tempore perierunt, ceteraeque quas in novos usus seponebant ita divulsae sunt, ut hodie vix ac ne vix quidem duo foliorum paria vetere ordine sese excipiant.

Scriptores, quorum excerpta gnomica in codicis parte superstite collecta sunt, ordine litterarum dispositi[1]) hi sunt:


1 Agathias	8 Iamblichus
2 Appianus	9 Menander
3 Arrianus	10 Polybius
4 Dexippus	11 Procopius
5 Cassius Dio	12 Theophylactus
6 Diodorus	13 Xenophon.
7 Eunapius	

Horum excerptorum per singulas codicis paginas distributionem exposuit Mai. *l. l.* p. 132 sq. et 462 sqq. Dionea fragmenta habes:

int. quat.	p. 195. 196. 155. 156. 217. 218. 315. 316 p. 317. 318. 223. 224. 157. 158. 181. 182	=	**1** (fr. 1, 2) — **65** (fr. 36, 15)
quat. 6 fol. ext.	p. 133. 134. 185. 186. 287. 288. α. α' p. β. β'. 281. 282. 191. 192. 147. 148	=	**65** (fr. 36, 15) — **101** (fr. 40, 30) **102** (fr. 40, 31) — **124** (fr. 43, 21)
quat. 6 fol. med.	p. α. α'. β. β'. 163. 164. 139. 140 p. 141. 142. 149. 150. γ. γ'. δ. δ'	=[2])	**125** (fr. 46, 2) — **161** (fr. 57, 26)

1) Quem ordinem scriptores in codice olim tenuerint non satis liquet. Diodorum Dio secutus esse videtur, Arrianum Eunapius, hunc Polybius, Dexippum Iamblichus, Agathiam Menander, cf. Mai. *l. l.* p. 135. 282. 295. 330. 361.

2) Foliorum (paginarum) paria sic se excipiebant:



Excerpta Maiana

In medio excerpto 161 (quod agit de pugna Cannensi) Dionis fragmenta subsistunt. Sed reperitur in hoc titulo altera quoque excerptorum series non Dionis quidem sed Anonymi cuiusdam qui eius historiam Augustam in compendium redegit continuavitque[1]). Haec fragmenta, olim Dioni ipsi attributa, continentur his foliis: [2])

quaternionis 6 fol. media	p. *α. α'*. 301. 302. 349. 350. 203. 204 p. 205. 206. 343. 344. 299. 300. *β. β'*	=	Dio ed. Dind. 5 p. 181—202 (48, 24, 5—66, 13, 1)
quaternionis 6 fol. media	p. *α. α'*. 261. 262. 337. 338. 309. 310 p. 323. 324. 327. 328. 275. 276. *β. β'*	=	Dio ed. Dind. 5 p. 203—232 (67, 7, 3 usque ad Constantinum.

Ergo, ut ad Dionis excerpta redeamus, 18 foliis (= 36 paginis) continentur 161 fragmenta; foliis 6, quae intercepta sunt, circiter 50 periisse censenda sunt. Quot insuper quaterniones excerpta Dionea continentes interierint difficile dictu. Cum tamen quaterniones illi tres fragmenta ex libris tantum 15 prioribus desumpta comprehendant neque ulla causa sit cur credamus, ante in excerpendo Dione substituisse eclogarium quam historia illa Augusta inciperet, i. e. ut credere licet circa librum 40, 1, statuendum erit nos damnum quattuor fere quaternionum passos esse, quibus continerentur circiter 280 excerpta.[3]) Ceterum haec computatio quam sit incerta nemo non videt. Hoc tamen apparet eclogarium, cui sententias ex historicis conquirendi negotium datum erat, ex Dione certe multo plura excerpsisse quam excerpsit is qui virtutis exempla

---

1) Niebuhrii opinionem Anonymum hunc Petrum Patricium esse conicientis ego, quanquam argumentis usus parum validis, amplexus sum *l. l.* p. 23 sq., redarguere conatus est Sotiriadis, *Zur Kritik des Johannes von Antiochia*, Lipsiae 1887 p. 35, 1, admodum probabilem nuper reddidit de Boor *Byz. Zeitschr.* 1, 14—33.

2) Foliorum (paginarum) paria sic se excipiebant:

α. α' 301 sq. 349 sq. 203 sq. 205 sq. 343 sq. 299 sq. *β. β'*

α. α' 261 sq. 337 sq. 309 sq. 323 sq. 327 sq. 275 sq. *β. β'*

3) Iure porro suspiceris inter haec Plutarchea quaedam recepta fuisse, ut factum videmus in titulo *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας* et titulo *περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν πρὸς Ῥωμαίους*.

congessit — nam Maianum Excerptum 161 ex eodem Dionis libro desumptum est ex quo Valesianum 33, — et Maium perperam indicasse (cf. adn. p. 196) inter codicis p. 150 et 301, i. e. inter fragmenta Dionis et Anonymi, tria tantum folia esse amissa. Qui error inde quoque natus est quod excerpta aetatis imperatoriae Dioni ipsi tribuebat. Excerpta Maiana

Codicis huius librarius itacismi vitia commisit quidem sed non ita multa, velut *ἠπίστισεν* fr. 13, 4, *ἄστυ* pro *ἄστει* fr. 23, 3, *τίμησιν* pro *τιμήσειν* fr. 24, 6, *κατεκρημνίσθη* fr. 26, 3, *ὀνειδίσαντος* fr. 36, 23 al. Idem valet de confusione inter *αι* et *ε* et inter *ο* et *ω*. In re orthographica Vaticanus codex libro Peiresciano longe praestat.

Siglis compendiisve raro usus est, nec nisi usitatis illis *ἄνος* = *ἄνθρωπος*, *μηρ̄* = *μήτηρ*, *σρ̄ια* = *σωτηρία*, et *ϗ* vel *ϛ* = *καί* saepissime. Praeterea π^{ε} = *περί* enotavi fr. 43, 16, *ἄνρ* = *ἄνδρες* fr. 57, 4.

Fragmenta spatio 3—4 litterarum inter se distant incipiuntque, ut par est, a sollemni *ὅτι*. In margine lemmata satis multa litteris rubris adscripta sunt appictique hic illic asterisci ut carmen, oraculum, tale quid indicetur.

Edidit primus hunc titulum totum idem qui invenit Maius eo libro quem supra indicavimus omissis tantum iis quae iam nota erant. Qui in codice legendo quantis difficultatibus conluctatus sit ipsius potissimum verbis aperiam: „*Et primum quidem chemicis adiumentis diuturnis atque efficacibus sepulta prorsus atque oculos fugiens scriptura suscitanda fuit, ita ut eius apices iamdiu deleti atque intermortui colorem aliquem traherent, et sub novi scripti velamine promicarent. Cave tamen putes paratum ita codicem facile protinus ac iaculariter legi: quin immo hoc Sisyphium saxum, conatu prope infinito atque innumeris vicibus, pervolutandum est: isque labor in hoc diutius summeque palimpsesto me torsit, minutis ut dixi litteris exarato*" e. q. s. (p. XXXII). Maius quo modo officio suo functus sit recte aestimavit v. Herwerden, qui, postquam iam Theodorus Heyse Polybianam partem ad fidem codicis excussit, Diodori, Dionis (et Anonymi), Eunapii, Dexippi, Menandri excerpta denuo cum codice contulit. „*Verissima autem sunt*", ita v. Herwerden (*l. l.* p. XI) cui plane assentior, „*quae de legendi huius rescripti codicis difficultate Maius conqueritur. quin et fatendum est virum eminentissimum in negotio supra quam dici possit arduo revera non tironem se praestitisse. Cernebat enim acute et prorsus admirabilis est perseverantia, qua scripturam fere obliteratam, paucis quibusdam paginis exceptis, legere felicissimo ut plerumque successu*

Excerpta Maiana

conatus est. In tanto tamen opere non raro eum lapsum esse, nemo mirabitur, qui reputaverit, solidiorem illam accuratioremque veterum linguarum doctrinam, qua Angli, Germani et nostrates inde a pueris in scholis publicis informari solemus, recentiori saltem aevo Italis, genti ceteroquin a natura ingenii dotibus magnifice instructae, prorsus deficere“.

Quae post pauca apud eum sequuntur, ea hodie quoque valent: „*Hodie autem, quod valde dolendum est, antiquae scripturae conditio longe longeque miserior est quam fuit, quo tempore Maius eam primus detexit. Scilicet aliquando mihi accidit, ut integros versus, quos olim ille satis commode legerat, vix ullis relictis vestigiis disparuisse animadverterem. Chemica autem adiumenta, quibus ille tunc ubique locorum et interdum, ut fit, iusto profusius usus est, fuere causa, ut sensim palimpsestus fuscum colorem duxerit; quare, quo tempore eum conferebam, ioci causa* il carbonaccio *sive carbonem hunc librum Vaticanae bibliothecae praefecti vocare solebant. Quae res legendi difficultatem non mediocriter mihi auxit. Non nisi is, qui hunc aut similem codicem rescriptum manibus triverit, fidem mihi habebit affirmanti haud raro evanescentem istam scripturam ipsum Proteum superare mira diversitate formarum, in quas se singulae litterae intuenti subinde induere videantur, donec vix tandem τετληότι θυμῷ, quemadmodum olim Menelaus, nitenti felix coniectura Idotheae vice perfungens, quid revera scriptum sit, lectori patefecerit*“.

Herwerdeni labor non sine fructu fuit. In Dione solo plus quam 250 locis Maii errores corrigere ei contigit. Interdum eum et ipsum lapsum esse neque ubique recentem scripturam a vetere satis distinxisse, nemo ei vitio vertet. Ubi ab Herwerdeni lectionibus meae discrepant id consulto factum esse sciendum est. Dioneam enim partem ego quoque in codice rursus examinavi atque etiam post opimam Herwerdeni messem spicae non ita paucae legendae mihi supererant.

Omnibus qui codices rescriptos tractaverunt, notum est in hac re nihil agere nisi qui oculorum et mentis acie aeque intenta non tantum id quod dispicere sibi videatur verum etiam quod quoque loco sententia requirat animo teneat, vel ut aliis verbis idem dicam, Graece bene sciens quid scriptum fuerit non solum legere sed etiam divinare possit. Unde patet magnum esse periculum ne in codice deprehendere tibi videaris quod scriptum aut oportuit aut potuit, nec tamen in eo extet.[1]) Id Herwerdeno interdum accidit,

1) Quod tamen non ita acceptum velim quasi plus aequo coniecturis indulserim aut non semper id quod distinguere credebam summa cum diligentia no-

mihi non accidisse vix est exspectandum. Sed de Herwerdeni lectionibus, quas ego quoque in codice dispicere mihi visus sum, dubitari iam non potest; quare opus non erat ut eas sub illius nomine afferrem. Cum tamen nondum quis exstiterit qui meas lectiones ad codicem examinaret, quidquid a me primo lectum est, ob eam quam dixi causam, sedulo indicandum duxi. Excerpta Maiana

Atque in locis dumtaxat iis, qui in paginis ita obscuratis[1] leguntur ut primo obtutu pristinae lectionis prorsus nihil superesse credas, litterarum vestigiis, qualia e codice enotavi non nimis tribuendum est. Sic fr. 39, 3 Maius *ἐν σκέπῃ φαβρίου* legerat, ego a Maio quodammodo in errorem inductus *ἐν σκέπῃ τοῦ φαβρίου* vel *φαλιου*. Collato tamen Herod. 1, 143 re vera ibi *ἐν σκέπῃ τοῦ φόβου* scriptum fuisse patet. — Vide praeterea p. 111 adn.

DE TITULORUM *ΠΕΡῚ ΠΡΈΣΒΕΩΝ ἘΘΝΙΚΩ͂Ν*[2] *ΠΡῸΣ ῬΩΜΑΙΟΥΣ* ET *ΠΕΡῚ ΠΡΈΣΒΕΩΝ ῬΩΜΑΊΩΝ ΠΡῸΣ ἘΘΝΙΚΟΎΣ* LIBRIS MANU SCRIPTIS.

(cf. E. Schulze, *de Excerptis Constantinianis quaestiones criticae*, Bonnae 1866. H. Nissen, *Kritische Untersuchungen über die Quellen der vierten und fünften Dekade des Livius*, Berolini 1863, *Anhang IV: die konstantinischen Gesandtschaftsexcerpte*, Ch. Graux, *Essai sur les origines du Fonds Grec de l'Escurial*, 1880, praesertim p. 93—97.)

Inter codices manu scriptos a Ioanne Pacio (*Iuan Paez de Castro*), viro docto Hispano litterarumque amantissimo[3], medio sae-

taverim. Testimonio sit Exc. Maianum 78 (fr. 40, 2, p. 109). Miseras verborum reliquias, quo pertinerent nescius, ita enotaveram: *φθονο . ε|ρον εν . . το . . . .*[8]*. . . . καὶ τον . .*[4]*. . των ανδρων πολλο . . . ησ φιλοτιμι |* . . . . Collato Exc. Val. 21 apparet ita scriptum fuisse: *φθόνου γενόμενος ὥσπερ που καὶ τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν πολλοῖς ὑπὸ φιλοτιμίας.* Neque inutile erit etiam Maianam lectionem apponere: *ἀφθονόστε|ρον μὲν . . ἀνδρῶν πολλ . . . ἐπὶ φιλοτιμίας . . . .* Minora quidem praebet Maius sed ubi ego *ησ* (articulum, credo, legi oportere existimans) ille rectius *ἐπὶ* pro eo quod re vera erat *ὑπό*. Id tenendum ne quis, ubi posteriores nihil aut fere nihil vidimus, Maianas lectiones neglegendas putet. Occasione data moneo Maium omnes lacunas magnas parvas duobus tribusve punctis indicasse.

1) Veluti p. 134. 142.

2) In hoc titulo, qui cuiusque scriptoris excerptis praefigitur, variant codices inter *ἐθνῶν* et *ἐθνικῶν*. Cum tamen in optimo libro Ambrosiano *ἐθνικῶν* praevaleat (*ἐθνικῶν* octies scribitur, *ἐθνῶν* septies, omittitur quinquies) neque unquam in altero titulo scriptum inveniatur *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἔθνη* sed semper *πρὸς ἐθνικούς*, praetuli *ἐθνικῶν*.

3) Vide de eo Graux *l. l.* p. 79 sqq., 25 sqq.

Excerpta Ursiniana

culo decimo sexto collectos praecipuum locum obtinebat liber antiquus quo Constantiniani tituli *περὶ πρέσβεων*[1]), totius operis historici partes vicesima sexta et septima[2]), comprehendebantur. Ubi

1) Monuit iam Nissen *l. l.* p. 313 *περὶ πρέσβεων* titulum dici non *περὶ πρεσβειῶν*, quod Ursino debetur. Nihilo minus etiam hodie saepissime laudari solet *περὶ πρεσβειῶν*.

2) Omnibus titulis eandem praefationem praefixam fuisse veri simile est (vide supra p. XI). Utque Excerptorum Valesianorum prooemium haec habet in fine: *ὧν κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων ἡ προκειμένη αὕτη καὶ ἐπιγραφομένη περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας πεντηκοστὴ οὖσα τυγχάνει, τῆς πρώτης τὸ ἐπώνυμον λαχούσης περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως* ita prooemium quod edidit Hoeschel, *l.* infra *l.* p. XXXIV, 1 sic desinit: *ὧν κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων ἡ προκειμένη αὕτη καὶ ἐπιγραφομένη περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς τυγχάνει οὖσα ἑβδόμη ἐπὶ τοῖς εἴκοσι, τῆς πρώτης τὸ ἐπώνυμον λαχούσης περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως*. Id ad unam tantum horum Excerptorum partem pertinere apparet. Alterius autem partis (*Exc. leg. exterorum ad Romanos*) initium periit. Polybii fragmenta, quae agmen ducunt, in media sententia incipiunt, qua lacuna prooemium quoque haustum puto, cf. quoque Nissen. *l. l.* p. 317 adn. Omnia tamen utriusque tituli excerpta uno Pacii volumine continebantur. Nam ex eius rebus unum tantum codicem „*de legatis*" in bibliothecam Escurialensem translatum fuisse catalogus huius bibliothecae probat a. circiter 1600 confectus in quo:

Ἰωάννου Κωνσταντινουπόλεως

Περὶ πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς Ῥωμαίους καὶ Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς ἐκ τῆς ἱστορίας Πολυβίου Ἰωσήπου Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου Δεξίππου Ἀθηναίου Σωκράτους Πέτρου πατρικίου καὶ μαγίστρου Διοδώρου Σικελιώτου καὶ ἑτέρων, ἑλλ. Ι. Β. 4 (inductum linolea transversa); *Ι. Θ.* 4

ἔτι ἐν τρισὶ τόμοις IIII. *Γ.* 1/2/3 (inductum ut supra) III. *Η.* 6/7/8.

Ultimum ad alterum exemplar (olim Augustini; vide p. XXIV) pertinet. Pacii codex membranaceus formae maximae fuisse videtur, hic illic mutilatus, ut ex apographis eius cognoscitur, et omnino, ut mea fert opinio, codicibus Peiresciano et Vaticano simillimus. In quo uter titulus utri praecesserit pro certo diiudicari nequit, veri tamen simillimum est Excerpta *περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν* priorem locum obtinuisse. Primum enim haec alteris illis longe uberiora sunt. Deinde antecedunt in codicis descriptione, quam ex vetere catalogo Escurialensi modo citavi: *Ἰωάννου Κωνσταντινουπόλεως περὶ πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς Ῥωμαίους* [haec igitur priora] *καὶ Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς, ἐκ τῆς ἱστορίας Πολυβίου Ἰωσήπου Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου κ. τ. λ.* [enumerantur ii scriptores ex quibus Excerpta *περὶ πρέσβεων ἐθνῶν* sunt desumpta, cf. p. XXIV et XXXII]. Nec refragatur codicum Augustini descriptio (vide p. XXIV, 1): *Ioannis Constantinopolitani de legationibus gentium ad Romanos* [haec tantum memorantur, utpote priora] *selecta ex historiis Petri Patricii et Magistri, Georgii monachi* cet. Nam scriptores quod enumerantur ii, ex quibus fragmenta *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων* excerpta sunt, id inde explicari potest, quod supererat tituli posterioris prooemium, cui index scriptorum adiectus est, perierant tituli prioris prooemium et index.

Observandum porro apographorum Monacensium, quae utrumque titulum complectuntur, soli volumini *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων* Darmarii subscriptionem additam esse, i. e., si verum assecutus sum, totius operis parti posteriori.

et quando a Pacio emptus vel repertus sit nescimus. Anno 1545 nondum in eius manus venisse videtur, cf. Graux *l. l.* p. 84 et *App.* I. At viginti fere annis post Antonium Augustinum, eo tempore episcopum Ilerdensem (1561—1576, quo anno archiepiscopus Tarracone factus est) doctorum Hispanorum saeculo XVI longe celeberrimum[1], eius libri notitiam habuisse si non certum at tamen probabile est. Scribit enim die 25 m. Decembris anni 1566 ad amicum Zuritam: „*Yo escrivo al dotor Juan Paez, que me haga dar una copia de las oraciones griegas de autores no impressos que él tiene*“ (Graux *l. l.* p. 94, 2), quo excerpta nostra indicari probabiliter coniecit Graux *l. l.*[2]) Post mortem Pacii, qui anno 1570 decessit, iterum Augustinus in litteris d. 23 m. Novembris 1570 vel 1571 scriptis: „*Y deseo aver una copia de aquellas oraciones de nuestro amigo Paez*“ (Graux *l. l.* p. 95, 1). Iussu Philippi II regis Hispanorum Pacii libris in Bibliothecam Escurialensem recens institutam translatis Augustinus a rege petivit ut codicis apographum sibi sumere liceret; quam facultatem sibi datam esse scribit ad Zuritam die 12 m. Octobris 1573: „*Gracian me escrive que Su Majestad le da licencia que se copien para mi los libros que pido . . . Los libros principales que deseo*

Excerpta Ursiniana

Cui ultimo argumento non nimis tribuendum est; nam ex apographis Escurialensibus subscriptionem Darmarii habet codex R-III-14. Is autem continet quidem titulum *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων*, verum eiusdem tituli Excerpta ultima Theophylactea in alterum volumen R-III-21 reiecta sunt, unde ita inscribitur: *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς τόμος β'*, quocum conveniunt subscriptionis codicis R-III-14 ultima verba: *τέλος σὺν θεῷ τοῦ πρώτου τόμου τοῦ περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς ὑπὸ διαφόρων.* Adversa autem fronte repugnant opinioni meae codices Bruxellenses, quorum alter qui Excerpta *περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν* continet inscribitur *τόμος βος* et subscriptum habet *τέλος καὶ τῷ θῷ χάρις.*

Quanquam itaque certi nihil affirmaverim, tamen probabile mihi videtur antiquum Pacii librum incepisse a titulo *περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν πρὸς Ῥωμαίους*, saeculo XVI mutilo a capite et in fine, secutum esse titulum *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς* integrum (utramque partem hic illic foliorum atque quaternionum damnum passam esse id nunc quidem non curo); quem librum cum Darmarius transcribendum sibi sumpsisset, ab altera illa parte integra, cui prooemium non deesset, incepisse, huic postea partem priorem subiunxisse.

1) De quo vide Graux *l. l.* p. 280 sqq.

2) Vide quod idem Augustinus scribit ad Ursinum anno 1574: *Hò nelle mani alcuni bellissimi fragmenti che non è più lucido il cristallo, et tantum non le stelle. Trà le altre cose narra la Legatione di C. Fabricio al Rè Pyrrho, e la riposta del Rè scritta in versi da Ennio lodati da Cicerone . . . . . Narra due bellissime orationi, òvero raggionamenti secreti di Fabricio e Pyrrho* cet. (Graux *l. l.* p. 15, 1).

Excerpta Ursiniana

son: el libro septimo y principio del octavo de los Basiliscos (sic), *y del* (legendum *y el*) *libro de legationibus que era de Ioan Paez*" (*l. l.* p. 94, 1). Anno sequenti Andreas Darmarius Epidaurensis, homo philologis notissimus, cui Augustinus multum favebat, in usum eius vastum Pacii librum tribus voluminibus descripsit. Hoc quoque exemplar[1]), cum post Augustini mortem omnes eius codices Graeci a Philippo rege empti essent, in bibliothecam Escurialensem illatum, ibi una cum Pacii libro adservabatur. Perierunt ambo nobili monasterii Escurialensis incendio anno 1671.

Sed non tantum sibi Augustinus Excerpta illa transcribenda curavit, verum etiam amicis. Videtur sane ab eo exemplar accepisse Andreas Schottus S. I. Antverpianus qui tempore bellorum civilium patria profugus apud episcopum Tarraconensem degebat, huic adeo probatus ut ioca seria, Bibliothecam atque adeo mensam communem esse voluerit[2]), (*Bruxellenses* codices). Per eundem iam antea, anno 1575, Fulvius Ursinus apographum adeptus erat non quidem omnium fragmentorum, sed eorum quae maxime curabat habere Polybii, Diodori, Dionis al.[3]), (cod. *Vaticanus* et *Neapolitanus*). Eodem tempore alteri viro docto Hispano, Antonio Covarrubias[4]), Darmarius Pacii volumen descripsit tomis tribus (cod. *Escurialenses*). Ab eadem denique manu confecti sunt codices *Monacenses* et liber *Ambrosianus*, qui quibusnam descripti sint adhuc latet.

Sunt igitur ab archetypo illo Pacii derivati quotquot habemus horum Excerptorum codices, ex Darmarii officina profecti omnes:

A. *περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν πρὸς Ῥωμαίους* (adhibiti sunt scriptores 19: 1. Polybius 2. Iosephus 3. Zosimus 4. Dexippus

---

1) In *Bibliotheca manuscripta Graeca* Antonii Augustini (Tarracone 1586) ita describitur (n. 142. 143. 144) Ioannis *Constantinopolitani de legationibus gentium ad Romanos, selecta ex historiis Petri Patricii et Magistri, Georgii Monachi, Ioannis Antiocheni, Dionysii Halicarnassei, Polybii Megalopolitani, Zosimi Ascalonitae, Iosephi, Diodori Siculi, Dionis Cocceii, Procopii Caesariensis, Prisci rhetoris, Malchi Sophistae, Menandri Protictoris* (sic), *et Theophylacti, et alior. — Volumina tria descripta, ut dicitur in extremo libro, ex bibliotheca regia sancti Laurentii ∞. D. LXXIV, in charta forma quadrati.*

2) Verba sunt Schotti in epist. dedic. ad Senecam suum, Coloniae Allobrogum 1613. Vide Schulze *l. l.* p. 28 et Graux *l. l.* p. 282.

3) Augustinus ad Ursinum d. 13 mens. Nov. 1574: *ho in mano l'altra parte di detti fragmenti, la quale si copia per la S. V.* Vide Schulze p. 24 adn.

4) De Covarrubia cf. Graux *l. l.* p. 322 sqq.

5. Socrates 6. Petrus Patricius 7. Diodorus 8. Dio 9. Herodotus 10. Thucydides 11. Agathias 12. Menander 13. Theophylactus 14. Procopius 15. Arrianus 16. Appianus 17. Malchus 18. Priscus 19. Eunapius). Excerpta Ursiniana

1. Codex *Ambrosianus N 135 sup.* (Excerpta omnia).
2. Codex *Bruxellensis 11317—11321* (Excerpta omnia).[1]
3. Codex *Monacensis A n. 185* (Excerpta omnia).
4. { Codex *Escurialensis R-III-21* (pars prior, 1—8; praecedunt fragm. Theophylacti ex titulo B). Codex *Escurialensis R-III-13* (pars posterior, 9—19).
5. Codex *Neapolitanus III-B-15* (Excerpta 5 scriptorum: 1. Polybii; sed pars tantum posterior, prior extat in cod. Vat. 1418 7. Diodori 8. Dionis 15. Arriani 16. Appiani).[2]

B. περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς (adhibiti sunt scriptores 16: 1. Petrus Patricius 2. Georgius Monachus 3. Ioannes Antiochenus 4. Dionysius 5. Polybius 6. Appianus 7. Zosimus 8. Iosephus 9. Diodorus 10. Dio 11. Arrianus 12. Procopius 13. Priscus 14. Malchus 15. Menander 16. Theophylactus).

1. Codex *Bruxellensis 11301—11316* (Excerpta omnia).
2. Codex *Monacensis B n. 267* (Excerpta omnia).
3. Codex *Escurialensis R-III-14* (Excerpta omnia exceptis Theophylacteis quae in volumen R-III-21 translata sunt).
4. Codex *Vaticanus n. 1418* (pars prior Excerptorum, 1—11; quibus praecedit pars prior fragmentorum Polybii e tit. A).

De singulis iam videndum.

Codices Bruxellenses.

a. Codex Bruxellensis 11301—16 chartaceus est in 4° foliorum 262, manu Darmarii scriptus. — Legitur fol. 1

AND · SCHOTTI ANTVERPIANI

περὶ πρέσβεων

1) Vide tamen infra quae de Polybii fragmentis dicta sunt p. XXVI.

2) Memorantur praeterea a Casaubono (cf. Schulze *l. l.* p. 500) libri Pithoei et Thuani. Priorem reperire non potui. Alter est cod. Parisinus 2463 chart., fol. 135, scriptus a Darmario. Continet:

f. 1 Manuelis Bryennii Harmonicorum libri III

f. 110 Constantini Porphyrogenneti Excerpta de Legatis

f. 123 Eusebi Pamphili Commentarius in Isaiam profetam, in fine mutilus. Nomen veteris possessoris adhuc in fronte legitur: *I. A. de Thou.* Post Colberteus factus est (n. 2596). Parvam tantum Excerptorum partem contineri foliis 14 in aprico est.

Excerpta Ursiniana

DE LEGATIS[1]) ROM. AD EXTERAS GENTES
et exterarum Gentium ad Rom. TOM : III

Recensitis eis quae edita quae nondum edita erant:

TOMO I⁰ HAEC CONTINENTVR

Praefatio. — Ex historia Petri Patricii et Magistri p. 2
2 Georgio Monacho pag. 2

et sic deinceps. (Haec omnia manu Schotti scripta.)

f. 2 in summo margine:

† soc^tis IESU Ant. D. P.

Tum: ὁ ἐρανίσας τὸ παρὸν Θεοδόσιος ἐστὶν ὁ μικρός:[2])

ὑπόθεσις τοῦ περὶ πρέσβεων
τεύχους ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς: — } litt. rubr.
προοίμιον

Ὅτι (sic) τῶν πάλαι ποτὲ βασιλέων κ. τ. λ. (Prooemium).

f. 5 ὅσους ἐδέξαντο πρέσβεις βασιλέων ῥωμαίων ἐθνικοί · καὶ ποίῳ σχήματι τούτους ἐδέξαντο, καὶ μεθ' ὁποίας δοχῆς + ἐκ τῆς ἱστορίας πέτρου πατρικίου καὶ μαγίστρου. — Sequuntur eius fragmenta.

f. 261: τέλος τοῦ περὶ πρέσβεων [πρέσβεων add. a manu sec.] τεύχους ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς: —

f. 262: + πίναξ:

+ ὑπόθεσις τοῦ περὶ πρέσβεων τεύχους ῥωμαίων
πρὸς ἐθνικούς: προοίμιον

ὅσους ἐδέξαντο πρέσβεις βασιλέων ῥωμαίων ἐθνικοί
καὶ ποίῳ σχήματι τούτους ἐδέξαντο, καὶ μεθ' ὁποίας
δοχῆς: ἐκ τῆς ἱστορίας πέτρου πατρικίου καὶ μαγίστρου κ. τ. λ.

Excerpta Dionis inveniuntur f. 94—103.

b. Codex Bruxellensis 11317—21 chartaceus est in 4⁰, foliorum 305 + 16 vacua, manu Darmarii scriptus.

f. 1: ∾ τόμος β^ος ∴ ∾

περὶ πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς ῥωμαίους: ὑπὸ διαφόρων
+ ἐκ τῆς ἱστορίας ἀρριανοῦ ἀναβάσεως ἀλεξάνδρου: —

Incipit primum Arriani excerptum.

Foliis 107—120 Polybii fragmenta continentur. Quae cum plus 150 folia complecti deberent Darmarium longe maximam partem tacite transsiluisse apparet, nisi forte codex damnum passus est.

f. 177^v et 178 ultima Procopii verba versibus minutis viginti tribus ita scripta sunt ut figura quaedam evadat.

1) Scripserat iam Schottus LEGATIO, ipse O in S correxit.

2) Is videtur indicari cui mandatum erat ut huic titulo scriptores excerperet.

Excerpta Ursiniana

Deinde: τέλος: + τέλος

~

~ + ~

~

f. 178^v τέλος τῆς προκοπίου ἱστορίας

~ ~ ~

+

~

τέλος σὺν θῷ

~

f. 179 περὶ πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς ῥωμαίους

ἐκ τῆς ἱστορίας ζωσίμου ἀσκαλωνίτου.

Sequitur primum Zosimi fragmentum.

f. 305^v subscriptio:

τέλος καὶ τῷ θῷ χάρις.

Excerpta Dionis inveniuntur f. 221—252.

Beneficio Schotti, *hominis*, ut ait Gruterus[1]), *perpaucorum hominum, tantaeque prothymiae, ut cum caeteri bibliothecas suas habeant pro carcere, ipsius tribunicia videatur domus, certe ianua semper sit aperta,* Casaubonum Polybii editionem parantem utrumque codicem aliquamdiu habuisse probavit Schulze *l. l.* p. 28 sq. Alterum librum (11301—16) a Schotto accepit Hoeschelius Eclogas Legationum Dexippi Eunapii Petri Patricii Prisci Malchi Menandri editurus, ut testatur ipse in praef.[2]). Sed quod contendit Schulze *l. l.* p. 29 Gruterum quoque, cum post Cimedoncii praematuram mortem Theophylacti Quaestionum Physicarum edendarum munus suscepisset, codices nostros a Schotto missos sibi habuisse, quoniam eius beneficio Theophylactus integrior pleniorque factus esset, id aperte falsum est. Nam Quaestiones Physicae nihil cum his excerptis habent commune.

Codicum fata post Schotti excessum obscura. In Bibliothecam collegii Iesuitarum Antverpiani translati videntur.[3]) Initio huius saeculi a Francogallis rapti et Lutetiam missi ibi a Boissonadio visi sunt. Hic enim in praef. ad Eunapium p. XIV: *E Belgio Codicem hunc nostri milites, qui a pretiosioribus multo et sanctioribus rebus*

1) In praef. *Theophylacti Quaest. Phys.*, cf. Schulze *l. l.* p. 29 adn.

2) Vide quoque summarium, quod primam textus paginam praecedit.

3) Cf. quod in summo margine fol. 2. scriptum est: *soc^tis^* IESU *Ant. D. P.*

Excerpta Ursiniana

non abstinebant, per fas armorum, quod qui nefas dixerint voce propriore utentur; nostri igitur milites rapuerant, fueratque Parisinae bibliothecae illatus. Sed quam subito (tale Deae Numen!) in medio rerum certamine Imperator ille, vitio creatus, praeceps corruisset, e regno male parto pulsus in exilium, oratores a regibus principibusque victoribus Lutetiam missi, vel de minimis, quod aequum fuit, curantes, libros tum manu tum typis descriptos sibi suos anxie conquisitos repetiverunt: unde factum est ut codex Legationum ad pristinos possessores iure postliminii prius redierit, quam aetatis eius et conditionis notitiam mihi potuerim scribere. Memini dumtaxat Chartaceum esse atque toto aspectu externo recentissimum. Ex quibus verbis hoc quoque elucet aut falli Boissonadium memoria lapsum, aut unum tantum ex Schottianis codicibus raptum fuisse, nisi credere mavis iis temporibus una illigatos fuisse.

In Belgium reduces ibi delituerunt, donec a de Boor rursus reperti sunt.

Hic quae de excerptis Dioneis e codicibus enotaverat cum Melbero liberalissime communicavit. Ipse libros humanitate Bibliothecae regiae Bruxellensis praefecti huc transmissos manibus versavi partemque Dioneam excussi totam.

Codices Monacenses.

(cf. Nissen. *l. l.*, E. Gros. *Histoire Romaine de Dion Cassius* vol. 1 *Introduction* p. XLV—L.)

a. codex Monacensis A (n. 185), chartaceus in 4⁰, foliorum 444, manu Darmarii scriptus.

Tit. *περὶ πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς ῥωμαίους. ὑπὸ διαφόρων ἱστορικῶν.*

Excerpta Dionis inveniuntur f. 361—391.

Bruxellensi 11317—21 simillimus est.

b. Codex Monacensis B (n. 267) chartaceus in 4^0, foliorum 434, manu Darmarii scriptus ut testatur subscriptio: *ὑπὸ ἀνδρέου δαρμαρίου Ἐπιδαυρίου.*

Tit. *ὑπόθεσις τοῦ περὶ πρέσβεων τεύχους ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς*

προοίμιον

τῶν πάλαι ποτὲ βασιλέων κ. τ. λ.

f. 5. *ὅσους ἐδέξαντο πρέσβεις βασιλέων ῥωμαίων ἐθνικοί· καὶ ποίῳ σχήματι τούτους ἐδέξαντο καὶ μεθ᾽ ὁποίας δοχῆς. ἐκ τῆς ἱστορίας πέτρου πατρικίου καὶ μαγίστρου.* Eius fragmenta sequuntur.

Excerpta Dionea inveniuntur f. 152—168.

Codex A anno 1603 iam Maximiliani Boiorum ducis erat (Hoeschel. in *praef.*); codex B anno 1624 „ex dono R(everendissimi) P(atris) D(omini) Petri Garsensis praepositi“ in Iesuitarum collegium Monacense est illatus. Hodie in bibliotheca publica adservatur uterque. Excerpta Ursiniana

Horum codicum varias lectiones, quae ad Dionem pertinent, ab Ignatio Hardtio, bibliothecae praefecto subministratas sibi, diligenter indicavit Sturz.[1] Denuo contulit Gros et nuper Melber, qui tamen cum sola littera L orationis varietatem in Excerptis indicare soleat, ex eius editione quid Monacensibus libris proprium sit erui nequit. Sturzii et Grosii suppellectile ego usus sum; codices ipse non vidi.

Codices Escurialenses.

(cf. Miller, *Catalogue des manuscrits grecs de la bibliothèque de l'Escurial* 1848 p. 27 sq., p. 50 sq.; Graux *l. l. passim.*)

a. Codex Escurialensis R-III-14, chartaceus in 4⁰, foliorum 397, manu Darmarii scriptus et finitus d. 27 m. Iunii a. 1574.

Tit. *ὑπόθεσις τοῦ περὶ πρέσβεων τεύχους ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς.*

Sequitur prooemium et mox fragmenta Petri patricii. Theophylacti fragmenta, quae sunt ultima huius tituli hic omissa sunt et in codicem R-III-21 translata. Menandri excerptis statim adiungitur subscriptio: *ἐγὼ ἀνδρέας δαρμάριος υἱοῦ γεωργίου τοῦ ἐπιδαυρίου. εἴληφε τέρμα σὺν θεῷ ἐν τῷ ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ͵αφοδ', Ἰουνίου κζ', ἐν μαδριλλίῳ. τέλος σὺν θεῷ τοῦ πρώτου τόμου τοῦ περὶ πρέσβεων ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς ὑπὸ διαφόρων.*

Excerpta Dionea incipiunt f. 143ᵛ.

b. Codex Escurialensis R-III-21, chartaceus in 4⁰, foliorum 397, manu Darmarii scriptus.

Tit. *περὶ πρέσβεων ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς τόμος β'.*

Sequuntur Theophylacti excerpta. Haec sine titulo statim excipiunt fragmenta Polybii (*ἀκέφαλα ἐξίτυλλον ἦν . . . . . δόλου τῇ περὶ τὰ λάφυρα πλεονεξίᾳ τῶν αἰτωλῶν κ. τ. λ.*), quae alterius tituli *περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν πρὸς Ῥωμαίους* prima sunt. Post

1) Ei cod. A *Bavaricus 1*, cod. B *Bavaricus 3* appellatur. Codex Bavaricus 2 Sturzii est Monacensis 234. chartaceus. saec. XVI. fol. 185, ex libris P. Victorii. Codex est miscellaneus, quo f. 122 sqq. continentur fragmenta Dionis ex libris 37 38. 39. 40. 41. 43. 44. 45. cf. Gros *l. l.* p. XLVI.

Excerpta Ursiniana

fragmenta Dionis (quae incipiunt f. 349) subsistit. Reliqua huius tituli excerpta complectitur

c. Codex Escurialensis R-III-13, chartaceus in 4º, foliorum 330, manu Darmarii scriptus.

Tit. *περὶ πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς ῥωμαίους* et in margine: *Theodosii cuiusdam sub Constantino Porphyrogenito clari.*

Sequuntur fragmenta Thucydidis; agmen claudit Eunapius.

Hi libri, qui olim Covarrubiae fuerunt, saeculo XVII in bibliothecam Escurialensem illati sunt, cf. Graux *l. l.* p. 322—328.

Fragmenta Dionea quinque (tria in cod. R-III-21; duo in cod. R-III-14) benigne in meum usum examinavit vir doctissimus O. Cuntz; cum tamen nihil novi hos codices praebere cognovissem, ut tota pars Dionea in iis conferretur necessarium non duxi.

Codex Ambrosianus N 135 sup. chartaceus in 4º, foliorum 710, manu Darmarii scriptus, finitus d. 21 m. Augusti 1574.

Legitur in prima pagina non numerata: *ex antiquissimo libro S. Laurentii Scorialensis.*

f. 1: *περὶ πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς ῥωμαίους*
καθ᾽ ὅλου τὰ περὶ τὰ λάφυρα πλεονεξία τῶν αἰτωλῶν κ. τ. λ. (Polyb.).

Subscriptio: *ἐγὼ ἀνδρέου δαρμαρίου τοῦ ἐπιδαυρίου υἱοῦ γεωργίου, εἴληφε σὺν θεῷ τέλος ἐν τῷ ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ αφοδ αὐγου' κδ' ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου λαυρεντίου τοῦ σκουριαλίου ὑπὸ τῆς βασιλικῆς βιβλιοθήκης βασιλέως ἱσπανῶν αὐτοκράτορος κυρίου Φιλίππου.*

Excerpta Dionea leguntur f. 332—380.

Singularem in hoc codice scribendo diligentiam adhibuisse Darmarium saepe est observatum. Partem Dioneam ipse contuli.

Codices Fulvii Ursini.

a. Codex Vaticanus 1418, chartaceus in 4º, foliorum 239, manu Darmarii scriptus.

f. 1. *περὶ πρέσβεων ἐθνῶν πρὸς ῥωμαίους.*

Incipiunt Polybii fragmenta *ἀκέφαλα.*

In imo folio: *ex libri* (sic) *Fulvii Ursini.*

f. 79ᵛ: ‖ *λήσιοι δὲ τὴν ἱερὰν — πρότερον* Pol. 22, 48, 5; reliqua paginae pars pura. Sequitur folium numero non insignitum vacuum.

f. 80: *ὑπόθεσις τοῦ περὶ πρέσβεων τεύχους ῥωμαίων πρὸς ᾿θνικούς + προοίμιον*
ὅσοι τῶν πάλαι ποτὲ βασιλέων κ. τ. λ.

f. 83ᵛ: *ὅσους ἐδέξαντο πρέσβεις βασιλέων ῥωμαίων ἐθνικοί· καὶ ποίῳ σχήματι τούτους ἐδέξαντο καὶ μεθ᾽ ὁποίας δοχῆς:* Excerpta Ursiniana

ἐκ τῆς ἱστορίας πέτρου πατρικίου καὶ μαγίστρου

Continet excerptorum Polybii e titulo *περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν* pars prior, et undecim priorum scriptorum fragmenta et titulo *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων,* inter quae Dionis excerpta f. 224—238.

In margine emendationes, loci paralleli Livii aliorumque adscripta sunt manu Ursini.

Libri Vaticani Dionea excerpta ipse contuli.

b. Codex Neapolitanus III-B-15 (olim III-C-42) chartaceus in 4⁰, foliorum 326, manu Darmarii scriptus.

f. 1: *πρώτων ἐξεχώρησαν· χίους δὲ καὶ σμυρναίους κ. τ. λ.* (Polyb. 22, 48, 5).

Continet excerptorum Polybii e titulo *περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν* partem posteriorem et eiusdem tituli Diodori, Dionis, Arriani, Appiani fragmenta.

In margine prorsus eodem modo quo in cod. Vat. 1418 emendationes, loci paralleli Livii aliorumque manu Ursini adscripta leguntur.

Dionis fragmenta inveniuntur f. 179—223.

Codicem hunc oculis quidem perlustravi, nec tamen Dionea fragmenta contuli.

Ex his libris Fulvium Ursinum a. 1582 editionem suam procurasse notum est.

Codices igitur omnes nostri cum ex vetere illo Pacii libro a Darmario sint descripti, non abs re erit monere eum plerumque neglegenter admodum munere suo functum fuisse. Qua de re egerunt Vogel in *Serapeum* 5 p. 277 sq., 6 p. 254 sq., Graux *l. l.* p. 287 sqq., Wölfflin in praef. ad Polyaeni *Strategemata*² p. XVII, alii, ad quos lectorem ablego. Codices autem Excerptorum de Legatis omnes raptim et incuriose scripti sunt[1], praecipue vero Bruxellenses; multa tamen vitia, quibus sane abundant, iam archetypum inquinasse apud me constat.[2] Idem valet de lacunis.

1) Et quidem a Darmario ipso, nam adiutores in Hispania habuisse non videtur. Cf. Graux *l. l.* p. 289.

2) Sic quod praebent codices fr. 57, 82 *τοὺς αἰχμαλώτους τούς τε αὐτομόλους οὓς ἤτοι* (*ἤτει* M) *τῶν Ῥωμαίων ἢ τῶν συμμάχων ἐφ᾽ ὧν εἶχον ἀποδοῦναι,* inde a Leunclavio ita editum: *τοὺς αἰχμαλώτους τούς τε αὐτομόλους* [*οὓς*] *ἤτοι τῶν*

Excerpta Ursiniana

Restat ut significem quonam ordine variorum scriptorum Excerpta in codicibus *de Legatis* sint disposita. Tituli *περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν πρὸς Ῥωμαίους* scriptores in codice Ambrosiano hoc ordine sese excipiunt:

1 Polybius (initio mutilus)
2 Iosephus
3 Zosimus
4 Dexippus
5 Socrates
6 Petrus Patricius
7 Diodorus
8 Dio
9 Herodotus
10 Thucydides
11 Agathias
12 Menander
13 Theophylactus
14 Procopius
15 Arrianus
16 Appianus
17 Malchus
18 Priscus
19 Eunapius (in fine mutilus)

Neque aliter Escurialenses R-III-21 (1—8 Polybius-Dio) et R-III-13 (9—19 Herodotus-Eunapius).

Discrepant tamen Monacensis A et Bruxellensis 11317—21, in quibus hic ordo reperitur:

15—19 Arrianus — Eunapius
1. 2 Polybius, Iosephus
13. 14 Theophylactus, Procopius
3—12 Zosimus — Menander

Codex Neapolitanus porro quinque scriptores, quos complectitur, hoc habet ordine:

1 Polybius
7 Diodorus
8 Dio

Ῥωμαίων ἢ τῶν συμμάχων [ἐφ᾽] ὧν εἶχον ἀποδοῦναι. a me in hunc modum restitutum *τοὺς αἰχμαλώτους τούς τε αὐτομόλους, οὓς ἤτοι τῶν Ῥωμαίων ἢ τῶν συμμάχων σφῶν εἶχον, ἀποδοῦναι*, id iam veteris codicis vitium fuit. Etenim ΘΦΩΝ pro CΦΩΝ ex unciali scriptura originem duxit.

15 Arrianus
16 Appianus. Excerpta Ursiniana

Quinam pristinus ordo sit et iustus patet ex descriptione codicis antiqui (vide p. XXII, 2): *ἐκ τῆς ἱστορίας Πολυβίου, Ἰωσήπου, Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου, Δεξίππου Ἀθηναίου, Σωκράτους, Πέτρου πατρικίου καὶ μαγίστρου, Διοδώρου Σικελιώτου καὶ ἑτέρων*, ubi codicum Ambrosiani et Escurialensium ordinem referri manifestum est. Id confirmatur codice Neapolitano qui seriem Ambrosianam sequitur atque adeo, ni fallor, Bruxellensi libro ipso. In eo enim post Procopii fragmenta totius operis finis indicatur, vide p. XXVII. Nempe sequebantur in codice antiquo ultima excerpta (Arriani Appiani Malchi Prisci Eunapii), quae primo loco iam descripserat Darmarius. Sed oblitus erat describenda superesse excerpta media (inde a Zosimo usque ad Menandrum). Quae cum errore suo animadverso addidisset, iterum et nunc quidem recte f. 305^{v} subscripsit *τέλος καὶ τῷ θεῷ χάρις*.

De scriptorum ordine in titulo *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικούς* dubitari nequit. Legitur in prooemii exitu: *εἰσὶ δὲ (οἱ λόγοι) ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν*

α̅ Πέτρου πατρικίου καὶ μαγίστρου
β̅ Γεωργίου μοναχοῦ χρονικῆς
γ̅ Ἰωάννου Ἀντιοχέως
δ Διονυσίου Ἁλικαρνασέως Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας
ε̅ ϛ̅ Πολυβίου Μεγαλοπολίτου καὶ Ἀππιανοῦ
ζ̅ Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου
η̅ Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας
θ Διοδώρου Σικελιώτου
ι̅ Δίωνος Κοκκιανοῦ
ι̅α̅ Προκοπίου Καισαρέως[1]
ιβ Πρίσκου ῥήτορος
ι̅γ̅ Μάλχου σοφιστοῦ
ιδ Μενάνδρου προτίκτορος
ι̅ε̅ Θεοφυλάκτου ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως τοῦ Σιμοκάττου.

Neque ab hoc ordine libri recedunt. Vaticanam quinque postremos non habere, Escurialensem R-III-14 carere Theophylacti fragmentis (quae in R-III-21 leguntur) supra monui.

In titulum *περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν πρὸς Ῥωμαίους* (U^{G}) recepta sunt excerpta ex Dione 70[2]), in titulum *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων*

1) Omittitur Arrianus, cuius fragmenta perpauca Dionis excerpta sequuntur.
2) Inter quae Plutarchea quattuor n. 25—28 (U. p. 386—388), cf. App.

Excerpta Ursiniana

πρὸς ἐθνικοὺς (U^R) 21. Nec plura fuerunt: nusquam in media sententia oratio abrumpitur cumque e Dionis libris 40 prioribus in illo titulo extent 32 excerpta (nam n. 33 = 42, 47, 2), in altero 9 (nam n. 10 = 42, 37, 1. 2), Dionea excerpta prioris tituli non plus quam 70, alterius 21 tantum esse mirum non est.

Excerpta de Legatis Polybii, Dionysii, Diodori, Appiani, Dionis[1]) primus edidit Ursinus a. 1582 apud Plantinum (*Ἐκ τῶν Πολυβίου τοῦ Μεγαλοπολίτου ἐκλογαὶ περὶ πρεσβειῶν. Ex libris Polybii Megalopolitani selecta de legationibus; et alia quae sequenti pagina indicantur: nunc primùm in lucem edita. Ex bibliotheca Fulvi Ursini. Antverpiae, Ex officina Christophori Plantini. M. D. LXXXII.* [pagina sequenti:] *Fragmenta ex historiis quae non extant: Dionysii Halicarnassei: Diodori Siculi: Appiani Alexandrini. Dionys.* [sic] *Cassii Nicaei De Legationibus. Dionys.* [sic] *Lib. LXXIX et LXXX imperfectus.*[2]) — *Emendationes in Polybium, impressum Basileae per Ioannem Heruagium Anno M. D. XXIX.*)

Ursinus autem utriusque tituli excerpta promiscue edidit[3]), quo factum est ut ex eius editione quonam ordine fragmenta in codicibus sese excipiant, erui quidem potest, si ad argumentum attendas, nec tamen facile apparet.[4]) Cumque praeterea hic illic frag-

1) Fragmenta Dexippi, Eunapii, Petri Patricii, Prisci, Malchi, Menandri a. 1603 David Hoeschel edidit, neglectis Ioannis Antiocheni et Georgii Monachi Excerptis, quanquam ineditis. (*Eclogae Legationum. Dexippi Atheniensis. Eunapii Sardiani. Petri Patricii et Magistri. Prisci Sophistae. Malchi Philadelphensis. Menandri Protectoris. Cum corollario Excerptorum è libris Diodori Siculi amissis, XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. Omnia è M. SS. Cod. à Davide Hoeschelio Augustano edita. Augustae Vindelicorum. Typis Ioannis Praetorii, M. DC. III. Cum privilegiis S. Caes. Maiest. et Christianissimi Regis Galliarum.*

2) Ex codice Vaticano n. 1288.

3) Non ita Hoeschel. Is separatim utriusque tituli excerpta dedit.

4) Ecce ordo excerptorum Ursinianus ex libris 35 prioribus:

1 = U^R 1	11 = U^R 6	21 = U^G 15	31 = U^G 23
2 = U^R 2	12 = U^R 7	22 = U^G 16	32 = U^G 24
3 = U^G 2.3	13 = U^G 7	23 = U^G 17	33 = U^G 25
4 = U^G 1	14 = U^G 8	24 = U^G 18	34 = U^G 26
5 = U^R 3	15 = U^G 9	25 = U^R 8	35 = U^G 27
6 = U^R 4	16 = U^G 10	26 = U^R 9	36 = U^G 28
7 = U^R 5	17 = U^G 11	27 = U^G 19	37 = U^G 29
8 = U^G 4	18 = U^G 12	28 = U^G 20	
9 = U^G 5	19 = U^G 13	29 = U^G 21	
10 = U^G 6	20 = U^G 14	30 = U^G 22	

mentorum ordinem quem in codice suo invenerat suo Marte commutaverit, errores nati sunt haud pauci, ad hunc usque diem nondum omnes sanati.[1]) Ursiniana

DE FRAGMENTIS PARISINIS
(Fr. 57, 53—60; 63—71; 83—86. 76; 58, 2—6. 57, 81).

In optimo Strabonis codice, Parisino 1397 (A), permulta folia iam olim adeo humore corrupta aut a muribus corrosa erant ut margines exteriores cum versuum ipsorum aliqua parte periissent. Quos ut restitueret librarius aliquis sub finem ut videtur saeculi XIV schedulas membranaceas unicuique folio mutilo altera ex parte agglutinavit (cf. Kramer. in Praef. ed. Strab. 1, XII). Harum autem schedularum ex veteribus libris manu scriptis exsectarum nonnullae priorem scripturam adhuc servant.

Strabonis autem codicem anno 1838/39 Gustavus Kramer, geographi futurus editor, Lutetiae cum tractaret, Friderico Haase amico, qui eodem venisset ut in scriptorum militarium codices inquireret, aliquando ostendit. Hunc schedulae illae rescriptae adverterunt: quas cum curiosius iam amici perlustrarent „facile apparuit, contineri iis inter alia boni alicuius scriptoris historici fragmenta".

Mox Cassii Dionis frusta haec esse perspexit Haase, qui summa cum cura, invocata quoque chemices ope, lecta descriptaque statim publici iuris fecit in *Rhein. Mus.* 6 (1839) p. 445—476.

Ipse Lutetiae schedulas has rescriptas ad folia Strabonis rursus agglutinatas examinans, Haasium et strenue et accurate rem suam egisse facile agnovi. Quae etiam nunc distingui possunt, nam haud pauca inducta iam Strabonis pergamena legi amplius nequeunt et praeterea vi medicaminis quo Haase usus est, loci aliquot obscuriores facti sunt[2]) — igitur quae hodie distinguuntur, sedulo sub examen vocavi. Sed raro tantum a Haasii lectione recedendum erat.

Quo modo autem fragmenta Dionis per schedulas sint disposita, ipsius Haasii verbis accipe.


Reperta igitur sunt „in schedulis quinque, quae agglutinatae sunt foliis 212., 213., 214., 219., 220., magnitudine fere pares, nec casu ita dispositae aut e variis locis conflatae, sed apparet priores tres olim inter se coniunctas fuisse et item posteriores duas .... Quum enim Strabonianorum foliorum exteriores tantum margines periissent,

1) Cf. p. 138. Alium errorem correxi *Herm.* 25 p. 329 sqq.

2) Cf. Haase p. 447.


Fragmenta Parisina


non opus erat ad lacunas explendas admodum latis foliis; et quinque quidem haec habent fere latitudinem trium digitorum aut paulo plus; altitudine autem necessario eadem sunt qua folia Straboniana, id est digitorum fere novem. Sed unum tantum folium est 213., quod ita e Dionis codice exsecuit librarius, ut id eodem modo, quo in illo positum fuerat, in Strabonis quoque codice poneret; itaque hoc folium altitudinem priorem servavit nisi quod margo superior vacuus, qui fere duorum digitorum fuisse videtur, resectus est, ut altitudo paulo minor codicis Straboniani aequaretur; inferior vero margo servatus est integer et praeterea lineae omnes a summa ad imam, quae sunt numero 34., quem quidem numerum probabile est in omnibus Dionis foliis observatum esse, quum scriptura sit admodum accurata et aequalis. Sed ex folio hoc 213. ut altitudo perditi codicis intelligi potest, ita non potest latitudo, cuius tres tantum, ut dixi, digitos librarius servavit; eam vero demonstrant integram reliqua folia quattuor. Haec enim omnia inversa sunt ita, ut quae eorum in Dionis codice latitudo fuerat, ea in Straboniano fieret altitudo, et contra quae fuerat altitudo, fieret latitudo; quo factum est, ut fragmentorum lineae in his foliis servarentur integrae; tota enim earum latitudo in Straboniani codicis altitudine non solum locum habebat commode sed eam ne aequabat quidem; qua re coactus est librarius non unius folii latitudinem adhibere sed adiungere partem alterius, quod illi cohaerebat; quum enim membrana omnis in bina complicata esset folia, haec librarius explicuit et secundum latitudinem dissecuit, non tamen continuata sectione ab unius folii exteriore margine ad eundem marginem alterius; sed cum paulo supra plicam pervenisset fere ad medium alterius folii, substitit eiusque partem exteriorem in altitudinem servavit integram, ita ut haec fere totius rei forma esset:



Folium igitur 213. resectum est ut FG; reliqua vero ut HI. in quibus apparet binorum foliorum partes coniunctas esse, et folia quidem 212. et 214. cum folio 213. plane ita cohaeserunt ut HI et LA cum GF; contra folia 219. et 220. ut FM et NO. Haec mihi fusius explicanda putavi, ne qua in ordinandis foliis obscuritas aut dubitatio relinqueretur. Signabo autem folia ita, ut A significet eius folii partem, cuius integra latitudo est, ut IE; B autem alterius partem illi cohaerentem, ut EP; *a* contra significabit paginam rectam, *b* paginam versam".

Quae et plenius et facilius ex his figuris cognoscentur:





Ad quas notatu digna, quae habet Haase p. 466: „inter schedulam inferiorem [212 Bb + 212 Aa sive 212 Ab + 212 Ba] et superiorem [214 Bb + 214 Aa sive 214 Ab + 214 Ba] . . . quattuor versus exsecuit (librarius)" et p. 468 sq.: „neque eae [214 + 212 et 213] tam accurate cohaerent ut non aliqua certe desint; nam . . . . hae

Fragmenta Parisina schedulae [214 + 212] quum semel a tertia [213] divisae essent, iterum eis tenuis margo ablatus est et quidem is ipse, quo tertiae schedulae adhaeserant, quo factum est, ut, ubi eas coniungas, non integri versus existant, sed desint in medio aut una aut duae vel etiam tres litterae; non enim pari ubique latitudine fuit margo e medio sublatus. Accedit praeterea, quod schedula illa tertia 213. in pagina recta magnam partem pessumdata est glutine; qua de re pagina haec integra restitui non potest."

De ultimis schedulis 219 et 220 ita Haase p. 472 sq.: „binorum foliorum partes sunt olim coniunctae; et certissime id quidem cognoscitur e fragmentis 11 et 12, quae continua esse manifestum est; nihil enim interpositum fuit inter verba [fr. 58, 3] *καὶ προσπεσὼν αὐτῷ μὴ* [ultima fr. 11 (220 Aa)] et *προσδεχομένῳ πολλῷ πλείους ἀνταπέκτεινεν* [prima fr. 12 (219 Aa)]. Apparet igitur, schedulam 220. superiorem, 219. inferiorem fuisse; neque eae tamen ita dissectae sunt, ut non aliquid in medio periret; quum enim schedulam 220. ab altera parte voluisset librarius minus latam esse, quam in altera est, iterata sectione partem eius infimam abscidit, et quidem oblique, ita ut quum in sched. 219. a. lineam primam non laesisset nisi in ultimis 12. litteris, quarum imae tantum partes supersunt, paulatim deinde ascenderet, schedulaeque 220. lineam ultimam fere in medio tangeret reliquamque eius partem interiorem auferret, inter fragmenta 7. et 8. vero, itemque in versa pagina inter 9. et 10. duos versus deleret. Haec quattuor fragmenta ut ultimis quattuor praeponerem diverso ordine ab eo, qui est in schedulis 212. et 214., docebat et argumentum et ipsa etiam schedularum inclinatio aut fractura in medio conspicua; confirmavit deinde rem etiam Zonaras. Quum autem schedula 219. imos margines duorum foliorum complectatur, altera autem 220. ei continua fuerit, facile est computare, quanta pars utriusque folii perierit; si enim ponamus, quod e fol. 213. apparet, cuiusque paginae 34. fuisse versus, inito eorum qui relicti sunt numero efficitur, inter fragm. 8. et 9. sex, inter 12. et 13. quinque versus periisse; inter fragm. 10. et 11. vero . . item quinque versus perierunt", ac praeterea duo integra folia, quae olim his interposita fuisse recte censet Haase. Pag. autem 476 refert fragmentorum 13 et 14 magnam partem inducto glutine esse absumptam.

Fragmentum autem Parisinum 2 (214 Ba + 212 Ba et 213 a in folio recto et 213 b et 214 Bb + 212 Bb in folio verso; huius editionis fr. 57, 63—71) ita repraesentavit Haase p. 460. 461:

Folium rectum.

211 Ba. ἔχοντεσ· στρατόπεδ[ο]ν τι ἐν ἐπιτηδείῳ ἐποιήσαντο, καὶ πᾶν αὐτὸ σταυρώμα[σι] περιεχάραξαν, χάρακασ ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτ᾽ ἐνεγκάμενοι· [οὐκέ]τι τε κατεσκεύαστο, καὶ δράκων παρ᾽ αὐτὸ μέγασ διὰ [τ]ῆσ ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα φερούσησ ὁδοῦ παρείρπυσεν· ὥστε καὶ ἐκ τούτου τὸν Σκιπίωνα κατὰ τὴν περὶ το[ύτ]ων . . [ἑ]αυτοῦ φήμην ἐπιθαρσήσαντα προθυμότ[ε]ρ[ον τήν τε] χώ[ρ]αν πορθῆσαι, καὶ ταῖσ πόλεσι προσμί[ξα]ι· κ[αί τινασ κα]ὶ εἷλεν αὐτῶν· οἵ τε Καρχηδόνιοι μηδ[έπ]ω . φ . . . . [π]α[ρ]εσκευασμένοι ἡσύχαζον· καὶ ὁ Σύφαξ [τῇ γ]ε μ[ὲν δόξῃ φίλ]οσ αὐτῶν ἦν· τῷ δὲ ἔργῳ ἐκ μέσου εἱστή[κει]· κελ[εύων γὰρ] πρὸσ τὸν Σκιπίωνα καταλλαγὰσ αὐτοῖσ . . ρα εσχ . . . [οὐκ] ἐβούλετο κρατήσαντασ τοὺσ ἑτέρο[υσ τῶν τε ἑτέρων] ἅμα καὶ ἑαυτοῦ δεσπότασ γενέσθα[ι, ἀλλ᾽ ἔτι ἀντιπάλο]υσ ὅτι μάλιστα ἀλλήλοισ ὄντασ ἐ[αυτῷ] δ[ια]λλ[άξαι. Ἐγ]κειμένου δ᾽ οὖν τῇ χώρᾳ τοῦ Σκι[πίωνοσ] . . . . χοσ ἦν δὲ . . . . η . ξ . . εινοσ μὲν τὸν . . . . διεστ . . . . [ἐ]γκειμένη πρὸσ [τοῦ Μασινίσσου] . . . . . . χω . . . . [Κα]ρχηδονίοισ . . . . ν πολεμικῶν

212 Ba. ομ . . . ριασ ἐν π . . . . . . νε . . . ε . φ . . . σιν ἐπιστεύετο κἀκ τούτου προ . . . . σ τινὰσ ἐκ τῆσ συμβουλίασ . . . . δ . . ν . . ἐνήδρευσεν ἐσ χωρία ἐπιτήδ[εια, οὗ] ἔμελλον . . . χα καταδρομὴν ποιούμενοι ὑποφε[ύγειν]. ἐπὶ . . . . τοὺσ ἐπιδιῶξαι σφᾶσ ἐθελήσοντ[ασ· γ]ενομ[ένου] δὲ τούτου καὶ τῶν Καρχηδονίων ἐπεξελθ[όντων] [καὶ] ἐκ[είνοισ] καὶ δι . . . ου κατὰ τὸ συγκείμενον τρ[απομ]ένοισ ἀνὰ κράτοσ ἐπισπομένων ὅ τε Μασινίσσα[σ μετὰ τῶν] ἀμφ᾽ αὐτὸν ἱππέων ὑποληφθεὶσ κατὰ νώ[του τοῖσ] διώκου[σι]ν ἐγένετο καὶ ὁ Σκιπίων ἐξαναστὰσ ἐ[κ τοῦ λόχου] ἐ[πι]ὼν ἀπήντησεν αὐτοῖσ ὥστ᾽ ἀμφιβόλουσ [δί]χα ἀποληφθέντασ καὶ ἀποθανεῖν πολλοὺσ καὶ ἁλ[ῶναι] . . . . . δ . ε καὶ τὸν Ἄννωνα· πυθόμενοσ δὲ τοῦτ[ο ὁ Ἀσδρ]ούβασ τὴν μητέρα τοῦ Μασι-

21 a Fragmenta Parisina

Folium versum.

Fragmenta Parisina 213b νίσσον συνέλαβε καὶ ἐκεῖνοι μὲν ἀν[τ]απεδόθησαν· ὁ δὲ 214 Bk. δὴ Σύφαξ εὖ τε εἰδὼσ, ὅτι ὁ Μασινί[σ]σασ οὐ Καρχηδονίοισ μᾶλλόν τι ἢ καὶ αὐτῷ πολεμήσ[ει] καὶ φοβηθεὶσ, μὴ ἐν ἐρημίᾳ συμμάχων, ἄντι ἐκεῖν[οι] ἐγκαταλειφθέντεσ ὑπ᾽ αὐτοῦ πάθωσι, γένηται, τήν [τε] προσποίητον πρὸσ τοὺσ Ῥωμαίουσ φιλίαν ἀπεῖπε· [καὶ] τοῖσ Καρχηδονίοισ φανερῶσ συνῆρ[εν]· οὐ μέντοι [γε] καθαρῶσ, ὥστε καὶ ἀνθίστασθαί σφισιν, ἀλλὰ ἀδεῶσ [ἐ]κεῖνοι καταθέοντεσ λείαν τε πολλὴν ἦγον, καὶ συχνοὺ[σ τ]ῶν ἐκ τῆσ Ἰταλίασ ὑπὸ τοῦ Ἀννίβου πρότερον ἐσ τὴ[ν Λι]βύην πεμφθέντων ἐκομίσαντο· καταφρονήσαντέσ τ[ε α]ὐτῶν διὰ ταῦτα καὶ ἐπὶ τὴν Οὐτίκην ἐπεστράτευσαν· [Ἰ]δόντεσ οὖν τοῦτο ὅ τε Σύφαξ καὶ ὁ Ἀσδρούβασ καὶ δείσαν[τεσ] περὶ αὐτῆσ οὐκέτ᾽ ἐκαρτέρησαν ἀλλ᾽ ἀντεπελθόντ[εσ ἔλ]υσαν τὴν πολιορκίαν, μὴ τολμησάντων αὐτῶν ς̀ [πρὸσ] ἀμφοτέρουσ ἅμα ἀγωνίσασθαι· καὶ οἱ μὲν ἐκ τούτ[ου κα]τὰ χώραν ἐχείμασαν, τὰ ἐπιτήδεια τὰ μὲν αὐτόθεν [λαμβανόμενοι, τὰ δὲ ἐκ] τῆσ Σικελίασ τῆσ τε Σαρδοῦσ μ[εταπεμπόμενοι· αἱ γὰρ] νῆεσ σφίσιν αἱ τὰ λάφυρα [εἰσ Ἰταλίαν ἄγουσαι καὶ] τροφὴν ἂν ἐπῆγον. Ἐν δὲ τῇ [Ἰταλίᾳ κατὰ τὸν πρὸσ Ἀννίβαν] Πόλεμον οὐδὲν μέγα ἐπράχθη. Π[ούπλιοσ γὰ]ρ Σεμπρώνιοσ 212 Bk. μάχῃ τινὶ βραχείᾳ νικηθεὶσ [ὑπὸ τ]οῦ Ἀννίβου ἀντεπεκράτησεν αὐτοῦ. Ὁ δὲ δὴ Λιο[ύιοσ καὶ] ὁ Νέρων τιμητεύσαντεσ τοῖσ τε Λατίνοισ το[ῖσ προ]λιποῦσι τὴν συστρατείαν καὶ διπλοῦν ἀποδι[δόναι] πλῆθοσ τῶν στρατιωτῶν προσταχθεῖσι διδό[ναι ἀπ]ογραφὰσ ἐπήγγειλαν, ὅπωσ καὶ ἄλλοι χρήμα[τά σφ]ισι συνεισφέρωσι· καὶ τοὺσ ἅλασ ἀτελεῖσ μέχρισ τότ[ε οὖσ]ασ ὑποτελεῖσ ἐποίησαν· τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλων [ἕνεκ]α, ἀλλ᾽ ὅτι ὁ Λιούιοσ ἔπραξέ τε αὐτὸ ἀμυνόμενοσ το[ὺσ πολί]τασ ἐπὶ τῇ καταψηφίσει· καὶ ἐπίκλησιν ἀπ᾽ αὐτο[ῦ ἔλαβε]· Σαλινάτωρ γὰρ ἐπωνομάσθη. Διά τε οὖν τοῦτο [περιβ]όητοι οἱ τιμηταὶ οὗτοι ἐγένοντο, καὶ ὅτι τε ἀλλήλου[σ τῶν] τε ἵππων παρείλοντο, καὶ αἰραρίουσ ἐποίησαν ετ[ ]όντεσ κατὰ τὴν

Notandum est quae ab Haasio de coniectura suppleta sunt inter uncinas, quae non potuerat ita legere ut dubitatio nulla relinqueretur rectis litteris describi. Ceterum verba *ὁ υἱὸς ἐκ* et *τῆς συμβουλίας* (folii recti v. 22. 23) omiserat Haase ut iamdudum observavit Gros.

Scriptura autem horum foliorum elegans est, saeculi fere XI. In quaque pagina 34 versus scripti sunt, singuli 40—44 litterarum. Compendiis raro librarius usus est. Reperitur ϛ = *καί*, *σρ̄ια* = *σωτηρία*, pro *ν* in versus fine interdum praecedenti litterae linea superposita est. Iota quod dicitur subscriptum aut neglegitur aut adscribitur.

Fragmenta Parisina ceteris Dionis excerptis inseruit Bekker. Qua in re tamen infeliciter admodum versatus est, quippe qui, Haasii disputatione nescio quomodo neglecta, fr. 57, 76 (219 B b; fr. 10) a fr. 57, 86 (220 B b; fr. 9) et fr. 57, 81 (219 A b; fr. 14) a fr. 58, 6 (220 A b; fr. 13) divelleret, collocaretque loco prorsus alieno. Bekkeri errorem iam detexit Melber.

DE CODICIBUS FLORILEGII S. MAXIMI CONFESSORIS.

(cf. A. Maius, *Scriptorum veterum nova collectio* 2 p. XXV—XXVIII, R. Dressler, *Quaestiones criticae ad Maximi et Antonii Gnomologias spectantes*, *Jahrb. für klass. Phil. Suppl.* 5 1864—1872, C. Wachsmuth, *Studien zu den griechischen Florilegien*, Berolini 1892 (praesertim c. 4), praecipue vero adeundus Antonius Elter, qui in horum gnomologiorum historiam et indolem mira et sagacitate et doctrina inquisivit (*de Gnomologiorum Graecorum historia atque origine commentatio*, programmata tria Universitatis Fridericiae Guilelmiae Rhenanae 1893. *Gnomica I. II.*, Lipsiae 1892.)

Maius, eodem illo *Script. Vet. nov. coll.* volumine secundo, qui Excerpta Constantiniana *περὶ γνωμῶν* continet, inedita Dionis fragmenta non ita pauca publici iuris fecit, quae in Florilegio quodam Vaticano reppererat, p. 532—547 (fragmenta ea quibus adscriptum est *Ex florilegio inedito Vaticano*) et p. 556—559.

Haec autem fragmenta maximam quidem partem Dionis sunt; nonnulla tamen, e Dione Chrysostomo, Pseudo-Demade, aliis excerpta nomen eius mentiuntur, quae fere omnia iam dudum deprehensa sunt et abiecta. Restant adhuc perpauca eodem nomine reicienda. Cum tamen operae pretium sit scire quonam iure Dioni sive attribuantur sive abiudicentur, de hoc gnomologio paulo fusius disputandum videtur.

Igitur sylloge haec sententiarum ex sacris et profanis scriptoribus collectarum, in capita 71 divisa, a S. Maximo confessore confecta videtur [1]), atque Maii temporibus iam diu cognita erat. Reperitur

1) Equidem in codicibus, quibus hoc florilegium continetur, Maximi, nedum

Excerpta Florilegii

enim inter *S. Maximi opera* anno 1675 a Combefisio edita, vol. 2 p. 528—689, item in Conradi Gesneri libro qui inscribitur *sententiarum sive capitum, theologicorum praecipue, ex sacris et profanis libris tomi tres per Antonium et Maximum monachos olim collecti* etc. Tiguri a. 1546.[2]) Neque hoc Maius ipse ignorasse videtur, qui Vaticanum suum Florilegium suo iure praedicet *ab editis differens re bona et illustribus auctorum veterum nominibus plenum* (praef. p. XXV). Nempe in hoc singulare est illud quod in Maii manus venerat Maximi florilegium dicam an Maximiani florilegii recensio (continetur cod. Vat. Graeco 739), quod, etiam in ceteris saepe differens, Dionis nostri (*Δίωνος τοῦ Ῥωμαίου* cod.) sententias exhibet satis multas, quae apud Combefisium atque in editione Gesneriana tantum non omnes desiderantur.

Sunt enim huius gnomologii exemplaria quae Dionea habent, sunt quae non habent: utriusque autem recensionis libri inter se quoque vel maxime solent discrepare, quanquam in omnibus sententiae divisae sunt in totidem (71) capita atque eodem fere ordine congestae, capita autem ipsa eodem quoque ordine sese excipiunt hoce:

1 Α *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας*
2 Β *περὶ φρονήσεως καὶ βουλῆς*
3 Γ *περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης*
4 Δ *περὶ ἀνδρείας καὶ ἰσχύος*
5 Ε *περὶ δικαιοσύνης*
6 ϛ *περὶ φίλων καὶ φιλαδελφίας*
7 Ζ *περὶ ἐλεημοσύνης*
8 Η *περὶ εὐεργεσίας καὶ χάριτος*
9 Θ *περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας*
10 Ι *περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς*
11 ΙΑ *περὶ κολακείας*
12 ΙΒ *περὶ πλούτου καὶ πενίας καὶ φιλαργυρίας*
13 ΙΓ *περὶ αὐταρκείας*
14 ΙΔ *περὶ προσευχῆς*
15 ΙΕ *περὶ διδαχῆς καὶ λόγων καὶ ὁμιλίας*
16 Ιϛ *περὶ νουθεσίας*
17 ΙΖ *περὶ παιδείας καὶ φιλοσοφίας*
18 ΙΗ *περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας*

S. Maximi confessoris, nomen non deprehendi. Video tamen Elterum quoque S. Maximo florilegium nostrum (?) attribuere, cf. *Rhein. Mus.* 47, 633, *Gnomica* I, XXXVIII b. Quare nomen usu receptum retinui.

2) Eodem anno librum Graece quoque edidit. Qui quatenus a Latina versione differat et in universum de Gesneri editionibus exposuit Dressler *l. l.* p. 315 sqq., Wachsmuth *l. l.* p. 5.

Excerpta Florilegii

19 $\overline{\text{IΘ}}$ περὶ ὀργῆς καὶ θυμοῦ
20 $\overline{\text{K}}$ περὶ σιωπῆς καὶ ἀπορρήτων
21 $\overline{\text{KA}}$ περὶ πολυπραγμοσύνης καὶ ἡσυχίας
22 $\overline{\text{KB}}$ περὶ πλεονεξίας
23 $\overline{\text{KΓ}}$ περὶ τιμῆς γονέων καὶ φιλοτεκνίας
24 $\overline{\text{KΔ}}$ περὶ φόβου
25 $\overline{\text{KE}}$ περὶ τῶν τάχεως μεταβαλλομένων καὶ περὶ μετανοίας
26 $\overline{\text{KϚ}}$ περὶ ἁμαρτίας καὶ ἐξαγορεύσεως
27 $\overline{\text{KZ}}$ περὶ ἀκρασίας καὶ γαστριμαργίας
28 $\overline{\text{KH}}$ περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας
29 $\overline{\text{KΘ}}$ περὶ ὕπνου
30 $\overline{\text{Λ}}$ περὶ μέθης
31 $\overline{\text{ΛA}}$ περὶ παρρησίας καὶ τοῦ ἐλέγχειν
32 $\overline{\text{ΛB}}$ περὶ φιλοπονίας
33 $\overline{\text{ΛΓ}}$ περὶ ὅρκου
34 $\overline{\text{ΛΔ}}$ περὶ κενοδοξίας
35 $\overline{\text{ΛE}}$ περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους
36 $\overline{\text{ΛϚ}}$ περὶ θανάτου
37 $\overline{\text{ΛZ}}$ περὶ εἰρήνης καὶ πολέμου
38 $\overline{\text{ΛH}}$ περὶ ἐλπίδος
39 $\overline{\text{ΛΘ}}$ περὶ γυναικῶν
40 $\overline{\text{M}}$ περὶ ἀντιλογίας καὶ θρασύτητος καὶ ἔριδος
41 $\overline{\text{MA}}$ περὶ γήρους καὶ νεότητος
42 $\overline{\text{MB}}$ περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας
43 $\overline{\text{MΓ}}$ περὶ ἐπαίνου
44 $\overline{\text{MΔ}}$ περὶ κάλλους
45 $\overline{\text{ME}}$ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως
46 $\overline{\text{MϚ}}$ περὶ δόξης
47 $\overline{\text{MZ}}$ περὶ γλωσσαλγίας
48 $\overline{\text{MH}}$ περὶ προνοίας
49 $\overline{\text{MΘ}}$ περὶ ταπεινοφροσύνης
50 $\overline{\text{N}}$ περὶ ἰατρῶν
51 $\overline{\text{NA}}$ περὶ πίστεως
52 $\overline{\text{NB}}$ περὶ μνήμης
53 $\overline{\text{NΓ}}$ περὶ ψυχῆς
54 $\overline{\text{NΔ}}$ περὶ φθόνου
55 $\overline{\text{NE}}$ περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου
56 $\overline{\text{NϚ}}$ περὶ τοῦ γνῶθι σεαυτόν
57 $\overline{\text{NZ}}$ περὶ χρηστότητος
58 $\overline{\text{NH}}$ περὶ νόμου
59 $\overline{\text{NΘ}}$ περὶ λογικοῦ καὶ λογισμοῦ
60 $\overline{\Xi}$ περὶ ἀφροσύνης
61 $\overline{\Xi\text{A}}$ περὶ ἀσωτίας
62 $\overline{\Xi\text{B}}$ περὶ συνηθείας καὶ ἔθους
63 $\overline{\Xi\Gamma}$ περὶ εὐγενείας καὶ δυσγενείας
64 $\overline{\Xi\Delta}$ περὶ γέλωτος
65 $\overline{\Xi\text{E}}$ περὶ ἐνυπνίων
66 $\overline{\Xi\text{Ϛ}}$ περὶ ἀκακίας καὶ μνησικακίας

Excerpta Florilegii

67 $\overline{\Xi Z}$ περὶ βίου ἀνωμαλίας
68 $\overline{\Xi H}$ περὶ τοῦ ὅτι δεῖ τιμᾶν ἀρετὴν καὶ κολάζειν κακίαν
69 $\overline{\Xi \Theta}$ περὶ τοῦ ὅτι εὔκολος ἡ κακία καὶ δυσπόριστος ἡ ἀρετή
70 $\overline{O}$ περὶ φιλαυτίας
71 $\overline{OA}$ περὶ τοῦ ὅτι οὐκ ἀεὶ τὸ πλεῖον ἄριστον.

Quotquot Maximi codices noverat Wachsmuth, enumeravit omnes *l. l.* p. 103 sqq. Qui quanquam multi sunt, etiam plures exstare certum est; sane ipse in bibliotheca Parisina repperi unum nondum neque a Wachsmuthio neque ab alio indicatum: codicem Parisinum n. 926. Omnes aliquando Antonii Elteri industria habebimus recensitas.[1])

Equidem missis factis codicibus eis, qui Dionis fragmenta non exhibeant, alterius tantum recensionis [2]) libros enumerabo:

1. Codex Vaticanus n. 739
2. Codex Barberinus 1 n. 158 cod. 365
3. Codex Laurentianus plut. 9, 29
4. Codex Laurentianus plut. 7, 15 (inde a f. 242)
5. Codex Parisinus n. 926
6. Codex Parisinus n. 1169.

1. Codex Vaticanus n. 739 (A)

membranaceus in quarto, saec. XI/XII, foliorum 232, pulchre scriptus (vide spec. apud Maium *l. l.* n. 5).

f. 1 + ΠΕΡῚ ΑΡΕΤΗ͂C ⸗ ΚΑΚΊΑC ·:· (litteris auratis)
Cτενὴ ἡ ὁδὸσ ἡ ἀπάγουσα εἰσ τὴν ζωήν: —
τοῦ ἀποστόλου
Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ
ἀγαθῷ τὸ κάκον : — σολομωντοσ
Μὴ σε πλανήσωσιν ἄνδρεσ ἀσεβεῖσ· μὴ δὲ
πορευθῇσ ἐν ὁδῷ μετ᾽ αὐτῶν· ἔκκλινον
δὲ τὸν πόδα σου ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν
οἱ γὰρ πόδεσ αὐτῶν εἰσ κακίαν τρέχουσιν: —

1) *Gnom.* I p. 1 scribit se omnia quae in bibliothecis servari videantur gnomologia Graeca conquisivisse, quorum ingentem molem ita iam digestam habeat ut mox singula deinceps quo decet modo proferre queat.

2) Hanc recensionem a ceteris facile eo distingui posse observavi, quod caput 1 ei inscribitur *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας*, ceteris *περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας* et prima sententia in ea audit *στενὴ ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν*, in ceteris *στενη ἡ ὁδὸς καὶ τεθλιμμένη ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν*.

Ὥσπερ ὄμφαξ ὀδοῦσι βλαβερὸν καὶ κα- Excerpta Florilegii
πνὸσ ὄμμασιν, οὕτωσ παρανομία τοῖσ
χρωμένοισ αὐτῇ : — σιράχ :

Et sic deinceps.

Lemmata litteris rubris aut inter lineas aut in margine scripta sunt; omittuntur interdum sed non ita saepe.

Excerpta Dionea ipse contuli.

2. Codex Barberinus 1 n. 158 cod. 365 (B)

membranaceus in quarto, saec. XI, foliorum 157. Caput primum et secundi capitis pars prior perierat. Haec addita sunt a manu saec. fere XIV sed ex altera recensione. Huius codicis lectiones lectionibus Vaticani 739 haud raro praestant.

Excerpta Dionea ipse contuli.

3. Codex Laurentianus plut. 9, 29

chartaceus in quarto, saec. XIII/XIV, foliorum 107, vetustate valde consumptus ac mutilus. Continet capita 6—66; praeterea in medio codice quaedam desiderantur. Descriptus mihi videbatur ex Vaticano 739, quare accuratius eum non examinavi. Huic accedat:

4. Codex Laurentianus plut. 7, 15

membranaceus in quarto minori, saec. XI/XII, foliorum 252. Continet:

1. *Ioannis Chrysostomi homiliam* (f. 1—8)
2. *Sententiarum collectionem* ἀκέφαλον καὶ ἀνεπίγραφον (f. 8—25)
3. *Georgidii Gnomologium* (f. 25—103)
4. *S. Maximi Florilegium* (f. 103v—252), et quidem alterius recensionis, quae Dioneis fere caret. At finis codicis inde a f. 242 cum periisset, damnum ab alia manu multo recentiore suppletum est, idque e codice nostrae recensionis. Quo factum est ut in hac ultima parte tria fragmenta Dionis extent (c. 67 et 68).

5. Codex Parisinus n. 926 [= cod. Reg. 2382 = cod. Colbert. 1527]

membranaceus in quarto, saec. XI, foliorum 206, litteris grandibus pulchrisque scriptus. Praeter Florilegium in eo insunt:

SS. Basilii, Gregorii Nazianzeni, Ioannis Chrysostomi, Epiphanii fragmenta (f. 118v sqq.)

Martyrium S. Stephani iunioris (f. 127v sqq.)

Excerpta Florilegii

S. Gregorii Magni an prosit mortuis in ecclesia sepeliri (f. 179[v] sqq.)

Dorothei Abbatis de ieiuniis servandis doctrina XV (f. 186[v] sqq.)

S. Ioannis Chrysostomi de compunctione ad virgines monachos et fideles (f. 189 sqq.)

Anonymi quomodo possit sine scandalo eucharistiam suscipere cum in grave peccatum incidisse se noverit: τὸ κρίνειν καὶ ἀνακρίνειν κ. τ. λ. (f. 205 sqq.) [1])

Florilegium ipsum exordium facit, f. 1—118. Constat 71 capitibus (72 errore *Inventaire sommaire*). Incipit f. 1 in medio capite 3 (*περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης*) his verbis:

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

καὶ ἐπισυρομένουσ ἤδη πονηρίασ πονηρίασ : —
Καπνοῦ δίκην ἢ καὶ ὥσπερ τινεσ ἀτμόν· τῶν ἐμ
φύτων κ. τ. λ.

quorum priora Nili sunt, inde a *καπνοῦ δίκην* Cyrilli (cf. Gesneri *edit. lat.* p. 184 sub fin.). Sequuntur f. 3[v]—24[v] capita 4—10 et capitis 11 *περὶ κολακείας* pars prior. Folia autem 25. 26. 27. 28 a codicis capite huc casu translata continent frusta capitis 1 *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας* (f. 25. 26. 27[r]) et capitis 2 *περὶ φρονήσεως καὶ βουλῆς* (f. 27[v]. 28), et capitis 3 *περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης* prima fragmenta usque ad S. Basilii *ἡ ἐν γήρᾳ σωφροσύνη, οὐ σωφροσύνη ἀλλ' ἀκολασ* ‖ (cf. Gesn. *l. l.* p. 184).

Folio 24 continuatur f. 29.[2])

Sub finem quoque codex damnum unius folii passus est inter f. 115 et 116, qua lacuna periit capitis 68. finis et exordium c. 69.

Denique f. 117[v] et 118[r] fragmenta quaedam ex cap. 7. 8. 9. 12 scripta sunt, quae suo loco desiderantur, inter haec Dionea duo ex cap. 8.

Dionis fragmenta contuli ipse quamquam paulo festinantius cumque pars huius editionis iam typis impressa erat. Variam lectionem nullius fere pretii tantum non neglexi.

6. Codex Parisinus n. 1169

chartaceus in duodecimo, saec. XIV/XV, foliorum 260, male neglegenterque scriptus.

1) *Inventaire sommaire.*

2) f. 24[v] *Ἀποδέχου αὐτοὺσ τὰ χρηστὰ συμβουλεύειν ἐθέλοντασ*
ἀλλὰ μὴ τοὺσ κολακεύειν ἑκάστωτε σπεύδοντασ ‖
f. 29[r] ‖ *οἱ μὲν γὰρ τὸ σύμφερον ἐν ἀληθεία δρῶσιν οἱ δὲ προ*
Epicteti est, cf. Gesn. *l. l.* p. 201.

Excerpta Florilegii

Incipit ab indice capitum.

f. 2ᵛ 3ʳ: *Γνῶμαι εὐαγγελίου ἁγίων ‖ καὶ διαφόρων ἀνδρῶν περὶ ἀρετῆσ καὶ κακίασ*

Continet 70 capita, omisso cap. 13 *περὶ ἀναρχίας*. Praeterea c. 36—42 ad finem translata sunt.[1])

Fragmenta Dionea ipse contuli festinans. Codicis lectiones in adnotatione critica raro indicavi.

Igitur ut libros Laurentianos missos faciamus, quattuor huius recensionis exemplaria mihi innotuerunt, quorum priora, Vaticanus liber et Barberinus arcto vinculo coniuncta, excerpta Dionea eadem eodem ordine exhibent. At discrepant Parisini, qui ne inter se quidem ipsi consentiunt. Quod ex elencho fragmentorum manifestum fiet:

	Vat. et Barb.	Par. 926	Par. 1169
Tit. 1			
	Diodorus	Diodorus	
	Dio fr. 110, 1	Dio fr. 110, 1	om.
	Procopius	Procopius	
Tit. 2			
	?	Aristoteles	Aristoteles
	om.	om.	Dio fr. 55, 3^a
	om.	om.	Dio fr. 55, 3^b
	?	?	Pythagoras
	Ignatius		Ignatius
	Dio 52, 33, 6. 7	deest	Dio 52, 33, 6. 7
	Plutarchus		Plutarchus
Tit. 3			
	?		Choricius
	om.	deest	Dio fr. 52, 1^b. 2^a
	?		Antiphon
Tit. 6			
	Plutarchus?	Plutarchus?	
	1. Dio fr. 40, 14	Dio fr. 40, 14	om.
	2. Dio fr. 40, 15^a	Dio fr. 40, 15^a	om.
	3. Dio fr. 40, 15^b	Dio fr. 40, 15^b	om.

1) Hinc capitum numeri in hoc libro a numeris in ceteris codicibus discrepant inde a c. 13.

Par. 1169		cet. cod.
1—12	=	1—12
om.	=	13
13—34	=	14—35
35—63	=	43—71
64—70	=	36—42

Excerpta Florilegii

	Vat. et Barb.	Par. 926	Par. 1169
	4. Dio fr. 40, 15^c	Dio fr. 40, 15^c	om.
	5. Dio 55, 19, 4	Dio 55, 19, 4	om.
	Aristoteles	Aristoteles	
Tit. 8			
	Crates		
	1. Dio fr. 36, 11	Dio fr. 36, 11	om.
	2. Dio fr. 36, 13	Dio fr. 36, 13	om.
	3. Dio fr. 36, 14 in.	om.	om.
	4. Dio 46, 34, 2	om.	om.
	Heraclitus physicus		
Tit. 9			
	Plutarchus	Dio Chrysostomus	
	1. Dio 52, 34, 1	om.	om.
	2. Dio 52, 34, 2	om.	om.
	3. Dio 52, 38, 1	om.	om.
	4. Dio 55, 14, 4	om.	om.
	5. Dio 55, 15, 4	om.	om.
	6. Dio 52, 26, 2	om.	om.
	7. Dio fr. 110, 2	Dio fr. 110, 2	om.
	8. Dio fr. 110, 3 1)	Dio fr. 110, 3	om.
	9. Dio fr. 110, 4	om.	om.
	Democritus	Antigonus	
Tit. 10			
	Lucianus	Lucianus	
	[Dio fr. 110, 5 Dind.] 2)	om.	om.
	Dionysius rex	Dionysius rex	
Tit. 12			
	Isocrates		
	Dio fr. 40, 35	om.	om.
	Diodorus		
Tit. 16			
	Dio Chrysostomus	Dio Chrysostomus	
	Dio 56, 6, 1. 2	om.	om.
	Aristoteles	Aristoteles	
Tit. 18			
	Josephus	Josephus	
	1. Dio fr. 55, 6	Dio fr. 55, 6 (sine lemmate)	om.
	2. Dio fr. 39, 3 med.	om.	om.
	3. Dio fr. 55, 7	om.	om.
	Diodorus	Demosthenes	
Tit. 20			
	Simonides	Simonides	

1) In Antonii melissa II, 1 *περὶ βασιλέως χρηστοῦ καὶ δικαίου καὶ περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας* (ed. Gesn. 1546 p. 87) n. 1 et 8 reperiuntur, praecedit Plutarchus, sequitur Democritus. In cod. Par. 926 n. 7 et 8 arcte cohaerent.

2) Pseudo-Demadis est *ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας* c. 3.

Excerpta Florilegii

	Vat. et Barb.	Par. 926	Par. 1169
	Dio fr. 43, 25	om.	om.
	Demosthenes	Demosthenes	
Tit. 24			
	Socrates		
	Dio 55, 21, 2	om.	om.
	Xenophon		
Tit. 35			
	Menander	Menander	
	[Dio fr. 57, 13 Dind.]	om.	[Dio fr. 57, 13 Dind.][1]
	Diogenes	om.	
Tit. 36			
	Diogenes	Diogenes	Diogenes
	1. [Dio fr. 110, 6 Dind.	[Dio fr. 110, 6 Dind. } Coniunctim	[Dio fr. 110, 6 Dind.
	2. Dio fr. 110, 7 Dind.	Dio fr. 110, 7 Dind. } Coniunctim	Dio fr. 110, 7 Dind.]
	3. Dio fr. 110, 8 Dind.	Dio fr. 110, 8 Dind.] } Coniunctim	om.
	4. Dio fr. 110, 9 Dind.	om.	om.
	5. Dio fr. 110, 10 Dind.][2]	om.	om.
	Plutarchus	Euripides	
Tit. 37			
	Gregorius Nyssaeus	Gregorius Nyssaeus	Gregorius Nyssaeus
	Dio fr. 57, 11	Dio fr. 57, 11	om.
	Dio fr. 57, 5	Dio fr. 57, 5	om.
	Dio fr. 57, 12	Dio fr. 57, 12	om.
	[Dio fr. 53 Mai.	Dio fr. 53 Mai.	Dio fr. 53 Mai.][3]
	Dio fr. 55, 3	om.	om.
	Xenophon	Demosthenes	Xenophon? Demosthenes
Tit. 38			
	Dio Chrysostomus		Plutarchus
	Dio fr. 110, 5 [11 Bekk. Dind.]	om.	om.
	om.	om.	[Dio fr. 110, 14 Dind.][4]
	Socrates		Socrates

1) Est Pseudo-Demadis *ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας* 10.

2) Haec omnia Dioni abiudicanda videntur. N. 1. 2. 3 in cod. Par. 926 Dioni Chrysostomo attribuuntur (sed 1. 2 Dioni Romano in cod. Par. 1169), n. 5 in cod. Vat. 740 (alterius recensionis florilegii Maximi) redit insignitum lemmate *δίωνος* (non addito *τοῦ ῥωμαίου*). Nec de n. 4 dubitandum videtur cum praesertim n. 5 Dionis non esse constet. Est enim n. 5 Pseudo-Demadis *ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας* 68, 16 Blass. N. 1—4 habes p. LIII sq.

3) Cf. p. 213 huius edit.

4) Dionis non videtur. Reperitur in cod. Lips. bibl. Paul. n. 8 (Westermann. *Progr. Univ. Lips.* 1864) addito lemmate *δίωνος τοῦ χρυσοστόμου*. In cod. Par. 1169 *δίωνος* praescriptum est inter lineas; additur in margine *τοῦ ῥωμαίου*. Habes p. LIV.

Excerpta Florilegii

	Vat. et Barb.	Par. 926	Par. 1169
Tit. 39			
	Philo		
	[Dio fr. 110, 4 Dind.]	om.	[Dio fr. 110, 4 Dind.][1])
	Plutarchus		
Tit. 40			
	Isidorus	Isidorus	
	Dio fr. 43, 13	Dio fr. 43, 13	om.
	Dio fr. 43, 14. 15	Dio fr. 43, 14. 15	om.
	Plutarchus	Aristoteles	
Tit. 41			
	Symeon	Nilus	
	Dio fr. 70, 2	Dio fr. 70, 2	om.
	Dio fr. 70, 3	om.	om.
	Plutarchus	Plutarchus	
Tit. 49			
	Isocrates	Isocrates	Isocrates
	Dio fr. 20, 4	om.	om.
	[Dio fr. 102 Mai.][2])	om.	om.
	Socrates	Socrates	Socrates
Tit. 54			
	Plutarchus	Plutarchus	Plutarchus
	Dio fr. 110, 6 [20 Bekk. Dind.]	Dio fr. 110, 6	Dio fr. 110, 6
	Dio 52, 33, 8. 9	om.	Dio 52, 33, 8. 9
	Anacharsis	Anacharsis	?
Tit. 55			
	?	?	
	[Dio fr. 103 Mai.][3])	[Dio fr. 103 Mai.]	om.
	om.	Dio fr. 36, 3[4])	om.
	Choricius	Choricius	
Tit. 57			
	Dionysius Areopagita	Dionysius	Dionysius
	Dio 55, 16, 5—17, 3	om.	om.
	Dio 55, 17, 3^b. 4	om.	Dio 55, 17, 3^b. 4
	Menander	Menander	Menander
Tit. 58			
	Xenophon		
	[Dio fr. 104 Mai.][5])	om.	om.
	Dio 53, 10, 1	om.	Dio 53, 10, 1
	Diodorus		

1) Est Plutarchi, desumptum ex *coni. praec.* c. 17, p. 140 C (1, 342 Bernard.), ut sequens quoque fragm. (c. 37 p. 143 C = 1, 350 Bernard.), quod quia lemmate carebat a Maio inter Dionea editum est (fr. 101).

2) et 3) Haec iam dudum ex Dionis fragmentis eiecta sunt.

4) Inde a πείθεται γὰρ πᾶς usque ad ἀπωθεῖται.

5) *Theologo* adscribitur initium in editione Gesneri Latina 1546 p. 76. Dudum abiectum est.

	Vat. et Barb.	Par. 926	Par. 1169
Tit. 59			
	Euagrius	Philo	
	Dio fr. 30, 2—4	Dio fr. 30, 2—4	Dio fr. 30, 2. 3^a
	Democritus	Democritus	
Tit. 61			
	Plutarchus	Plutarchus	
	Dio 52, 35, 4	om.	Dio 52, 35, 4
	Menander	Menander	
Tit. 67			
	Gregorius Nyssaeus	Gregorius Nyssaeus	om.
	[Dio fr. 105 Mai.	Dio fr. 105 Mai.] [1])	
	Socrates	Socrates	
Tit. 68			
	Plutarchus		
	Dio 52, 34, 6—8	deest	om.
	Dio 52, 34, 8. 9	deest	Dio 52, 34, 8. 9
	Socrates		Socrates.

Hunc laterculum qui oculis perlustraverit videbit in Par. 1169 duo fragmenta Dionis a me reperta esse quae nondum nota erant (fr. 55, 3^a et 3^b), in omnibus autem codicibus complura excerpta iniuria lemmate *δίωνος τοῦ ῥωμαίου* esse praedita, cum sint Pseudo-Demadis, Dionis Prusaeensis, Plutarchi. Quam facile in florilegiis, lemmatibus aut loco positis non iusto aut omnino neglectis, tales errores nasci potuerint et res ipsa clamat et omnibus, qui in hanc rem inquisiverunt, notum est.

Etiam magis hoc videre est in A r s e n i i Monembasiae episcopi anthologia, ex qua Maius novem fragmenta tamquam Dionea edidit: M. 112—120, p. 560—562. Extant in codice bibliothecae Angelicae 3 C 17, chartaceo in quarto minori, saec. XVI, f. 78^r—79^r, et in codice Laurentiano 4, 26, chartaceo in fol. min., saec. XVI, f. 225, et fortasse in pluribus. Ex his quinque tantum Dionis sunt.

M. 112 (= fr. 110, 17 Bk. Dind.): Bionis Borysthenitae dictum est, cui tribuitur in *Flor*. ed. Gesn. lat. a. 1546 p. 204.

M. 113 (= fr. 110, 18 Bk. Dind.): Eiusdem Bionis videtur. Dioni certe abiudicandum est.

M. 114 (= fr. 110, 19 Bk. Dind.): Dio Chrys. 1 p. 5, 15 D. p. 4, 19 Arn.

M. 115 (= fr. 20, 4): Dionis est *l. l.*

M. 116 (= fr. 110, 20 Bk. Dind.): Dionis videtur, fr. 110, 6.

M. 117[2]) (= fr. 110, 21 Bk.): Dio 53, 10, 1. Redit *Flor*. tit. 58.

1) Iamdudum abiectum.

2) Inter M. 116 et 117 legitur in cod. bibl. Ang. *δίων ὁ ῥωμαῖος ἰδών τινα*

Excerpta Florilegii

M. 118 (= fr. 110, 22 Bk.): Dio 52, 35, 4. Redit in Max. Conf. *Flor.* tit. 61.

M. 119 (= fr. 110, 23 Bk.): Dinarchi 2, 3. Dioni Chrysostomo tribuitur in Max. Conf. *Flor.* (c. Vat. f. 217, c. Par. 926 f. 109ᵛ, c. Par. 1169 f. 221).

M. 120[1]) (= fr. 110, 24 Bk., 21 Dind.): Dionis est, fr. 110, 1, cui datur in Max. Conf. *Flor.* (c. Vat. f. 7ʳ).

Idem valet de fragmentis Maianis 107—111 ex Antonii *melissa* (ed. Gesn. graec. a. 1546) petitis:

M. 107 (= fr. 110, 14 Bk. Dind.): Dioni Chrysostomo datur in codice Lipsiensi (cf. p. XLIX, 4). Habes p. LIV.

M. 108 (= fr. 110, 13 Bk. Dind.): Dio Chrys. 3 p. 58, 9 Dind., p. 51, 12 Arn.

M. 109 (= fr. 110, 15 Bk. Dind.): Dio Chrys. 3 p. 41, 28 Dind., p. 36, 24 Arn.

M. 110 (= fr. 110, 16 Bk. Dind.): Socrati datur in Maximi editione Mignii p. 1008. Habes p. LIV.

M. 111 (= fr. 110, 3 Bk. Dind.): Dionis videtur, fr. 110, 3.

Denique excerptum quod ex Georgidae collectione inedita Vaticana protulit Maius

M. 106 (= fr. 110, 12 Bk. Dind.): Dionis Chrysostomi est 1 p. 7, 26 Dind., p. 6, 17 Arn.

Ceterum notatu dignum est longe maximam partem horum fragmentorum ex orationibus, quas Dio historiae suae intexuit, esse desumpta. Nam ex 18 fragmentis, quae in Dionei operis parte superstite inveniuntur, unum tantum excipitur; ex ceteris 31 excerptis 6 aut certo aut probabiliter ex orationibus desumpta non sunt, contra 22 inde fluxisse tantum non certum est, cum de 3 dubitetur:

Lib. 36—60

ex orationibus	ex narratione
52, 26, 2 (*tit.* 9)	46, 34, 2 (*tit.* 8)
52, 33, 6. 7 (*tit.* 2)	
52, 33, 8. 9 (*tit.* 54)	
52, 34, 1 (*tit.* 9)	
52, 34, 2 (*tit.* 9)	

φθονερὸν σφόδρα κεκυφότα εἶπεν ἢ τούτῳ μέγα κακὸν συμβέβηκεν ἢ ἄλλῳ μέγα ἀγαθόν. Omittitur in cod. Laur. 4, 26 neque est apud Maium. Bionis est dictum (Sternbach, *Wiener Studien* 1888 p. 34 n. 158).

1) In cod. Ang. et Laur. 4, 26 hoc fragmentum non extat. Fortasse Maius cum inter Maximi Excerpta Dionea edere omisisset, Arsenianis ultimo loco subiunxit.

Excerpta Florilegii

ex orationibus	ex narratione
52, 34, 6—8 (*tit.* 68)	
52, 34, 8. 9 (*tit.* 68)	
52, 35, 4 (*tit.* 61)	
52, 38, 1 (*tit.* 9)	
53, 10, 1 (*tit.* 58)	
55, 14, 4 (*tit.* 9)	
55, 15, 4 (*tit.* 9)	
55, 16, 5—17, 3 (*tit.* 57)	
55, 17, 3. 4 (*tit.* 57)	
55, 19, 4 (*tit.* 6)	
55, 21, 2 (*tit.* 24)	
56, 6, 1. 2 (*tit.* 16)	

Libri deperditi

ex orationibus	ex narratione	incertum
fr. 30, 2—4 (*tit.* 59)	fr. 20, 4 (*tit.* 49)	fr. 110, 3 (*tit.* 9)
fr. 36, 3 (*tit.* 55)	fr. 39, 3 (*tit.* 18)	fr. 110, 5 (*tit.* 38)
fr. 36, 11 (*tit.* 8)	fr. 43, 13 (*tit.* 40)	fr. 110, 6 (*tit.* 54)
fr. 36, 13 (*tit.* 8)	fr. 43, 14. 15 (*tit.* 40)	
fr. 36, 14 in. (*tit.* 8)	fr. 43, 25 (*tit.* 20)	
fr. 40, 14 (*tit.* 6)	fr. 52, 1^b 2^a (*tit.* 3)	
fr. 40, 15^a (*tit.* 6)		
fr. 40, 15^b (*tit.* 6)		
fr. 40, 15^c (*tit.* 6)		
fr. 40, 35 (*tit.* 12)		
fr. 55, 3 (*tit.* 37)		
fr. 55, 3^a (*tit.* 2)		
fr. 55, 3^b (*tit.* 2)		
fr. 55, 6 (*tit.* 18)		
fr. 55, 7 (*tit.* 18)		
fr. 57, 5 (*tit.* 37)		
fr. 57, 11 (*tit.* 37)		
fr. 57, 12 (*tit.* 37)		
fr. 70, 2. 3 (*tit.* 41)		
fr. 110, 1 (*tit.* 1)		
fr. 110, 2 (*tit.* 9)		
fr. 110, 4 (*tit.* 9)		

Fragmenta Florilegii a me eiecta haec sunt:

110, 6 B. D. *τίς γὰρ οὐκ ἂν ἕλοιτο σώφρων ὢν ἐν τοῖς κόλποις τῆς πόλεως ἀποθανὼν κεῖσθαι μᾶλλον ἢ πορθουμένην ταύτην ἐπιδεῖν;* Max. Conf. Flor. f. 154^r (M. p. 557).

110, 7 B. D. *εἰ μέν τίς σοι κατεσκεύαζεν οἰκίας ἔνθα μὴ ἔμελλες μένειν, ζημίαν τὸ πρᾶγμα ἐνόμισας ἄν· νῦν δὲ ἐνταῦθα βούλει πλουτεῖν, ὅθεν καὶ πρὸ τῆς ἑσπέρας πολλάκις μέλλεις ἀποδημεῖν;* ibid. (M. p. 557).

110, 8 B. D. *οὐκ οἶδας ὅτι ἐπ᾽ ἀλλοτρίας διατρίβομεν καθάπερ ξένοι καὶ*

Excerpta Florilegii

πάροικοι; οὐκ οἶδας ὅτι παροίκων ἐστὶν ἐκβάλλεσθαι, ὅτε μὴ προσδοκῶσι μηδὲ ἐλπίζουσιν; ὅπερ καὶ ἡμεῖς πάσχομεν; ibid. (M. p. 557).

110, 9 B. D. *τίς μὲν γὰρ οὐκ ἂν ἕλοιτο ἀπὸ μιᾶς πληγῆς, καὶ ταύτης μηδὲν ἢ βραχύτατόν τι λυπησάσης ἀποθανεῖν μᾶλλον ἢ νοσήσας; τίς δ' οὐκ ἂν εὔξαιτο ἀκεραίου τοῦ σώματος ἀκεραίῳ τῇ ψυχῇ ἀπαλλαγῆναι μᾶλλον ἢ φθόῃ τινὶ καὶ ὑδέρῳ σαπῆναι ἢ λιμῷ μαρανθῆναι;* ibid. (M. p. 557).

110, 14 B. D. *κινδύνων ἐλπὶς ἄνευ κινδύνων τίθησι τὸν ἐλπίζοντα τῷ προησφαλίσθαι τῶν δυσχερῶν τῇ δοκήσει τὰ πράγματα.* M. p. 560 ex Antonii melissa.

110, 16 B. D. *ταὐτόν ἐστιν ἐπὶ εὐτυχίᾳ μέγα φρονεῖν καὶ ἐπὶ ὀλισθηρᾶς ὁδοῦ σταδιοδρομεῖν.* M. p. 560 ex Antonii melissa.

110, 18 B. D. *ὁ αὐτὸς ἔφη „πῶς οὐ δεινὸν τοῖς μὲν θεοῖς ἐνοχλεῖν, αὐτοὺς δὲ μὴ βούλεσθαι πράττειν ἅ γε ἐφ' ἡμῖν εἶναι δοκεῖ τοῖς θεοῖς"*; M. p. 561 ex Arsenio.

Cf. p. XLIX, 2 (fr. 110, 6—9), LII (fr. 110, 14 et 16), LI (fr. 110, 18). Ex fragmentis a Dindorfio in textum receptis sex iam damnata erant: 110, 4. 12. 19 a Dindorfio ipso (vol. 1 p. 110 a et vol. 5 p. XIII), 110, 13. 15 a me (*Mnemos. N. S.* 13 p. 316), 110, 17 ab Aug. Nauckio (*Herm.* 24 p. 460).

DE FRAGMENTIS QUAE IN BEKKERI *ANECDOTIS* EXTANT.

(cf. Z. C. de Boer, *de tertio lexico Bekkeri*, Lugduni Batavorum 1884, A. von Gutschmid, *Kleine Schriften* 5 (1894), 554—562.)

E codice Segueriano sive Coisliniano Parisino n. 345, membranaceo in quarto maiori, saec. XI, f. 272, litteris elegantibus sed minutissimis ab una manu perscripto, Bekkerus vetus lexicon syntacticum edidit, quod inscribitur *περὶ συντάξεως. ποῖα τῶν ῥημάτων γενικῇ καὶ δοτικῇ καὶ αἰτιατικῇ συντάσσονται* (*Anecdota Graeca* vol. 1 p. 117—180, lectionis varietate adiecta vol. 3 p. 1082—1094).

Notissimi huius codicis succinctam descriptionem et omnium quae continet lexicorum enumerationem habes apud Bachmann. *Anecd. Graec.* 1 p. V—VII.[1]) Anonymum lexicon *περὶ συντάξεως* invenitur f. 257v—269r.

Inter exempla autem illustrandi causa e variis scriptoribus veteribus allata loci e Dione petiti reperiuntur 143 vel potius 137, nam sex fragmenta bis citantur (p. 130, 23 = p. 164, 32; p. 133, 32 = p. 140, 25 (cf. ad fr. 102, 11 a); p. 134, 17 = p. 172, 4; p. 134, 6 = p. 171, 32 plenius; p. 141, 3 = p. 155, 16 plenius; p. 166, 3 = p. 166, 16 plenius).

1) Lexicorum indicem paulo minus accuratum dedit Gros. in Dionis edit. vol. 2 p. XIII sqq.

Excerpta Bokk. Anecd.

Excerpta haec brevissima quidem sunt sed ideo tamen maximam habent utilitatem quod e quo libro desumpta sint sedulo est adnotatum.[1]) Hinc non tantum quonam referenda sint fragmenta quantumvis brevia plerumque extra dubium est positum, sed etiam, quod multo maioris est momenti, tamquam fundamentum sunt, quo quis nisus deperditi operis Dionei reliquias ex librorum ordine distribuere conetur.

Partis autem posterioris Dionei operis quae supersunt iam in libros 61—80 divisit Leunclavius, quem tamen non ab omni parte recte divisisse praesertim ex his fragmentis constat quanquam etiam aliunde cognosci poterat. Prioris partis (l. 1—35) reliquiarum divisionem ego primus tentavi, quam tamen in textum introducere ausus fortasse non essem, nisi cognossem v. Gutschmid. *l. l.* eandem fere distributionem, quae mihi probata esset, ipsum quoque protulisse.[2])

---

1) Excipiuntur tantum p. 119, 25 (= 54, 16, 6); p. 124, 17 (= 38, 42, 5); p. 136, 32 (= 36, 44, 3); p. 140, 12 (= 40, 6, 3; sed aliunde quoque petitum esse potest, fortasse e libro quinto unde est praecedens excerptum); p. 160, 17 (vide p. 357), p. 161, 12 (= 47, 48, 5); p. 162, 25 locus lacunosus (= fr. 13, 1 quod conferas); p. 162, 27 (= fr. 13, 2[a]); p. 164, 11 (vide p. 357); p. 164, 23 (vide p. 357).

2) Hanc historiae Dionis oeconomiam adumbravit v. Gutschmid *l. l.* p. 561:

A) *Rom unter den Königen, 2 BB.*

I. a. 753—673
II. a. 672—510

B) *Rom unter der Republik, 39 BB.*

a) *bis zum Ende des zweiten punischen Krieges, 15 BB.*

1. *bis zum Beginn des zweiten Samniterkrieges, 5 BB.*

III. a. 509
IV. a. 508—493
V. a. 493—449
VI. a. 449—390
VII. a. 390—326

2. *bis zum Beginn des zweiten punischen Krieges, 5 BB.*

VIII. a. 326—290
IX. a. 290—278
X. a. 277—264
XI. a. 264—250
XII. a. 250—219

3. *bis zum Ende des zweiten punischen Krieges, 5 BB.*

XIII. a. 219/218
XIV. a. 218—217
XV. a. 216—211
XVI. a. 211—206
XVII. a. 206—201

Excerpta Bekk. Anecd.

Quo consensu fretus amplius non haesitavi, quanquam bene gnarus eam divisionem probabilem sane dici posse, nec tamen certissimam, et locos ipsos, ubi libri alterius finis sit, incipiat alter, non ubique facile indicari posse.[1])

---

b) *vom Ende des zweiten punischen Krieges, 24 BB.*
  1. *bis zum Tode des C. Gracchus, 8 BB.*
    XVIII. a. 200—195
    XIX. a. 195—183
    XX. a. 183—149
    XXI. a. 149—146
    XXII. a. 145—140
    XXIII. a. 139—133
    XXIV. a. 133—124
    XXV. a. 124—121
  2. *bis auf Sulla's Dictatur, 8 BB.*
    XXVI. a. 120—106
    XXVII. a. 105—101
    XXVIII. a. 100—91
    XXIX. a. 90—89
    XXX. *innere Geschichte des Jahres 88.*
    XXXI. *äussere Geschichte des Jahres 88 und innere des Jahres 87.*
    XXXII. a. 87 (*äussere Geschichte*) —84
    XXXIII. a. 84—82
  3. *bis zur Schlacht bei Pharsalus, 8 BB.*
    XXXIV. a. 81—79
    XXXV. a. 78—70
    XXXVI. a. 69—66
    XXXVII. a. 65—60
    XXXVIII. a. 59—58
    XXXIX. a. 57—54 (= 700 u. c.), *innere Geschichte*
    XL. a. 54 (*äussere Geschichte*) —50
    XLI. a. 49—48

C) *Rom unter den δυναστεῖαι und der μοναρχία, 39 BB.*
  a) *bis zum Tode des Augustus, 15 BB.*
    1. *bis zum Triumvirat, 5 BB.*
    2. *bis zum Beginn der ἄκρατος μοναρχία mit der Verleihung des Imperatortitels an Augustus, 5 BB.*
    3. *bis zum Tode des Augustus, 5 BB.*
  b) *vom Tode des Augustus, 24 BB.*
    1. *bis auf Vespasianus, 8 BB.*
    2. *bis auf Commodus, 8 BB.*
    3. *bis auf Dios zweites Consulat, 8 BB.*

Ultima inde a C. contracta me dedisse apparet.

1) Cf. praesertim p. 166/167 et 168. sed etiam alibi res incerta est. Librorum 31—35 reliquias perpaucas coniunctim edidi.

Accedit quod librorum numeri in codice saepe sunt corrupti, quod in fragmentis ex Dionis libris superstitibus desumptis facile est videre. Numeri recte traduntur tricies sexies: [illegible] Bokk. Anecd.

p. 178, 1	37 (37, 3)	p. 152, 6	48 (17, 5)
124, 14	37 (43, 2)	141, 16	48 (21, 2)
155, 4	39 (21, 3)	152, 12	48 (30, 4)
124, 20	39 (24, 4)	166, 16	49 (22, 5)
124, 23	41 (27, 2)	141, 18	49 (24, 3)
147, 6	41 (27, 3)	180, 3	49 (27, 4)
134, 3	41 (35, 2)	167, 18	51 (12, 3)
157, 33	43 (50, 5)	167, 24	51 (13, 1)
141, 3	44 (10, 1)	125, 3	52 (12, 5)
166, 31	44 (13, 3)		52 (11, 1)
171, 32	46 (8, 3)	149, 25	52 (25, 4)
141, 7	46 (9, 2)	167, 13	52 (37, 6)
167, 7	46 (16, 4)	176, 1	53 (29, 4)
141, 9	47 (42, 3)	179, 8	54 (34, 3)
124, 29	48 (1, 1)	167, 30	57 (12, 3)
	48 (9, 2)	134, 17	58 (2, 5)
134, 9	48 (4, 1)	172, 4	
141, 12	48 (6, 5)	167, 20	58 (11, 2)

Perperam contra traditi sunt vicies semel:

debebat	scriptum est	pag.	
42 (31, 2)	37	166, 27	vitium unius pentadis ΛZ pro MB
46 (22, 7)	36	152, 9	vitium unius decadis[1] (trium decadum) Λϛ pro Mϛ; MB pro NB; MΔ pro NΔ. KB pro NB
52 (3, 1)	42	158, 18	
54 (27, 1)	44	167, 27	
52 (25, 4)	22	149, 25	
52 (27, 5)	2	174, 1	post δίων ν excidit
54 (5, 4)	4	147, 25	
54 (17, 5)	4 (cf. B. A. 3, 1085)	134, 14	
44 (10, 1)	42	155, 17	δ et δεύτερος permutata
44 (31, 1)	42	167, 1	
54 (23, 2)	52	141, 25	
54 (27, 4)	52	141, 28	
44 (13, 1)	41 (cf. B. A. 3, 1085)	124, 26	Α et Δ permutata
44 (33, 4)	41	167, 4	
46 (8, 3)	47	134, 6	ϛ et ζ permutata

1) Addi potest p. 168, 3, ubi libri numerus traditur 64, cum locus sit libro 74 excerptus (73 Leunclavii c. 15, 1).

Excerpta Bekk. Anecd.

debebat	scriptum est	pag.	
37 (20, 2)	36	166, 25	liber praecedens citatur
42 (58, 3)	41	140, 28	
49 (3, 3)	48	167, 11	
55 (13, 2)	54	141, 22	
?	50	140, 17	
?	46	178, 32	

Excerpta e libris 1—35 ex parte iam Dioneis fragmentis intexuit Bekkerus[1]; cetera quonam referenda essent sagaciter divinare conatus est v. Gutschmid *l. l.*, cui saepe non semper assensus sum.

DE CODICIBUS FRAGMENTORUM EX TZETZAE OPERIBUS DESUMPTORUM.

(cf. H. Haupt, *Beiträge zu den Fragmenten des Dio Cassius, Hermes* 14 p. 435 sqq., C. Harder, *de Ioannis Tzetzae historiarum fontibus quaestiones selectae,* 1886.)

Ioannem[2] Tzetzam in *Scholiis ad Lycophronis Alexandram* multa ex historico nostro hausisse iam Valesius observavit, qui primus ea collegit et tamquam corollarium Excerptis Constantinianis e codice Peiresciano a se editis subiunxit p. 770 sqq.

Idem unum Dionis fragmentum ex eiusdem Tzetzae *Historiis* sive *Chiliadibus* attulit p. 777, cui complura alia addidit Reimarus p. 1522 sqq., pauca quaedam H. Haupt *l. l.*

Quae quo iure et quatenus inter Dionis reliquias recipienda sint in adnotationibus ad singulos locos quaesitum est. In universum conferatur Harder. *l. l.* capite 1.

Historiarum locos dedi, Kiesslingii editionem a. 1826 secutus, eius variam lectionem, brevissimam sane neque ut videtur ullius pretii, non attuli.

Quod ad Scholia in Lycophronis Alexandram attinet, ea me hic illic emendatiora et iusta lectionis varietate instructa edere potuisse insigni liberalitati debeo Eduardi Scheer, Lycophronis editoris doctissimi, qui omnem suam suppellectilem criticam ad Dioneos locos benignissime mihi subministravit atque de fide et auctoritate codicum quid statuendum sit per litteras certiorem me fecit.

Ex Scheerii igitur sententia duae horum scholiorum recensiones, a Tzetza ipso profectae, distingui possunt. Vetustioris autem recensionis optimus testis est codex Ambrosianus 222 (A), recen-

1) Fragmenta librorum 61—80 Bekkerus Dionem edens neglexit, unde nec apud Dindorfium leguntur.

2) Cf. Krumbacher, *Geschichte der Byzantinischen Litteratur* p. 240.

tioris codex Parisinus 2723 (B). Ambrosiani tamen librarius cum haud pauca suo Marte mutaverit ad eius fidem exigendam codice Palatino 18 (a; = Vit. 2 editorum priorum) utendum est. Recentioris autem recensionis novissimam curam repraesentat codex Palatinus 264 (b; = Vit. 1 editorum priorum). *Fragmenta Tzotziana*

Ceterum Dio iniuria a Tzetza laudatur:

ad Lycophr. v. 355: *τὸ παλλάδιον δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τοιοῦτο ἦν· τρίπηχυ ξύλινον ἐξ οὐρανοῦ καταπεσὸν ἐν Πεσινοῦντι τῆς Φρυγίας ὅθεν Διόδωρος καὶ Δίων τὸν τόπον φασὶ κληθῆναι*, desumptum ex Apoll. 3, 12, 2 (p. 107, 1 West.) et Herodian. 1, 11. (Scheer).

ad Lycophr. v. 938: *Ῥωμαῖοι γὰρ τοὺς πολεμικοὺς Μαμερτοὺς καλοῦσιν ὡς ἱστορεῖ που ἢ Διόδωρος ἢ Δίων· οὐ γὰρ ἀκριβῶς μέμνημαι. γράφει γὰρ οὑτωσί πως· Μεσσηνίους κατακόψαντες τοὺς ὑποδεξαμένους αὐτοὺς κατέσχον Μεσήνην καὶ Μαμερτοὺς ἑαυτοὺς ὠνόμασαν τουτέστι πολεμικούς. Μαμερτὸς γὰρ ὁ Ἄρης παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται*, quod cum scriberet Diodorum (cf. 21, 18, 3 Dind.), quem primum nominat, ante oculos habuisse videtur; ad ultima cf. Plut. *Pyrrh.* 23. (Scheer).

Praeterea in Tzetzae *Scholiis ad Exegesin Iliadis*, et *in Allegoriis in Iliadem* atque in *Epistulis* quaedem Dionea inventa sunt, de quibus nihil habeo quod addam.

De ceteris fragmentis perpaucis ex Ioanne Antiocheno, Cedreno, aliisque scriptoribus Byzantinis desumptis hoc adnotare satis erit me textum ad hunc diem optimum secutum esse.

DE CODICIBUS XIPHILINI

vide praefationem ad volumen secundum.

DE CODICIBUS QUIBUS DIONIS LIBRI SUPERSTITES (36—60) ADSERVANTUR.

Libri 36—60[1]), quos solos integros, quamquam hic illic praesertim in ultima parte mutilatos, habemus, nobis supersunt in codicibus undecim, quorum duo (n. 1. 2) saec. XI/XII, reliqui omnes post renatas litteras scripti sunt:

1. Laurentianus sive Mediceus plut. 70 n. 8. Continet libros 36, 18, 1—50, 6, 2.

1) De codice Vaticano n. 1288, quo res annorum p. Chr. 217/9 continentur, in praefatione voluminis tertii agemus.

Libri superstites

2. Marcianus sive Venetus n. 395. Continet libros 44, 35, 4—60, 28, 3.

3. Vaticanus n. 144. Continet L. 36—54.
4. Parisinus n. 1690. Continet L. 36—54.

5. Laurentianus sive Mediceus plut. 70 n. 10. Continet L. 42—60.

6. Parisinus n. 1689. Continet L. 36—60.
7. Marcianus sive Venetus n. 396. Continet L. 36—60.
8. Vaticanus n. 993. Continet L. 36—60.
9. Escurialensis Y—I—4. Continet L. 37—60.
10. Taurinensis n. 76. Continet L. 37—60.

11. Vesontinus Z n. 68, 80. Continet L. 36—60.

De quorum codicum cognatione et indole in *Mnemosynes N. S.* vol. 13 (1885) p. 311—345. 456 sqq., agens ostendi a duobus veteribus illis ceteros omnes originem traxisse. Neque id erat difficile ad demonstrandum. Lacunae enim, quae inde natae sunt quod ex codicibus L(aurentiano) et M(arciano) aut folia abscissa sunt aut toti quaterniones, in ceteris libris repetuntur. Verum quidem est quaestionem eo paulo intricatiorem factam esse quod, cum mediam Dionis librorum partem (libros dico 44, 35—54 [1])) uterque codex L et M haberet, in recentioribus hac parte damna alterius alterius ope reparata sunt, in extrema autem parte (L. 55—60) lacunae M(arciani) codicis ex Xiphilino quoad eius fieri poterat consarcinatae: at nihilominus res adeo evidens est et manifesta, ut satis mirari nequeas exstitisse tamen qui huic argumentationi fidem denegaret.[2])

His praemissis libros manu scriptos iam accurate describam, qua descriptione id quod modo dictum est satis stabilitum iri confido.[3])

Atque primum agendum est de codice L(aurentiano 70, 8) et de codicibus V(aticano 144) et Parisino 1690, ex eo derivatis,

tum de codice M(arciano 395)

1) Codex L(aurentianus) nunc quidem 50, 6, 2 desinit, olim tamen usque ad finem libri 54 progrediebatur, ut hodie eius apographum Vaticanus 144.

2) Maisel, *Beiträge zur Würdigung der Handschriften des Cassius Dio,* Leipzig 1894.

3) Quae in *Mnemosyne l. l.* publici iuris feci, ea pleraque verbotenus hic repeto, nonnullis additis, demptis, correctis.

deinde de codice Laurentiano 70, 10 (L b) et de codicibus P(arisino 1689), Marciano 396, Vaticano 993, Escurialensi Y - I - 4, Taurinensi 76, quorum in libris 42—60 L b est archetypum, *Libri superstites*

denique de codice Vesontino Z n. 68, 80, e codice M arciano 395; et uno ex recentioribus contaminato.

Post haec addam nonnulla, quae de archetypo, a quo et L et M derivati sunt, observanda videntur.

Codex Laurentianus sive Mediceus plut. 70 n. 8
(L; olim Med. a sive Ma)

membranaceus, saec. XI, formae quadratae, foliorum 244, litteris minusculis clare et perspicue scriptus. Singulae paginae 36 versus continent, singuli versus 38—43 litteras.

Initium et pars postrema perierunt; hodie incipit a verbis ‖ *φείδεται. δυναστείας τε ἐρῶν κ. τ. λ.* 36, 18, 1 (36, 1, 1 Reim. Bk. Dind.), desinit f. 244^{v} in medio vocabulo *ἥ τε οὖν ἡλικία παρ' ἀμφο* | 50, 6, 2.

Sed de exordio paulo accuratius disserendum est.

F. 1^{r} haec continet: ‖ *φείδεται. δυναστείας τε ἐρῶν κ. τ. λ.* — *ὁ γὰρ Πομπήιος ἀναπείσας τῶν δημάρχων τινὰ προαφείλετο αὐτοὺς* ‖ (36, 18, 1—19, 3 = 36, 1, 1—2, 3 Reim. Bk. Dind.).

F. 1^{v}: ‖ *ὡς καὶ ἑαυτῷ κατὰ τὴν ὁμολογίαν ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ προσχωρήσαντας· λέξω δὲ ἤδη καὶ τὸ κατὰ τοῦτον* | *πῶς ἐγένετο κ. τ. λ.* Statim igitur ne novo quidem versu distincta ultimum vocabulum capitis 19 (= 2 vetustiorum editionum) *προσχωρήσαντας* sequuntur verba capitis 20 (= 3 Reim.) *λέξω δὲ ἤδη κ. τ. λ.* Capitibus 1—17 (= 35, 1—17 Reim. = 36, 3—19 Bk. Dind.) caret.

Quae tamen capita olim codici non defuisse demonstratur primum littera *γ* qua notatus est qui nunc primus est quaternio, unde patet L aliquando duobus quaternionibus initio auctiorem fuisse, tum codice Vaticano 144, quem L(aurentiani) apographum esse mox videbimus, in quo haec ipsa capita adhuc supersunt, idque, ut par est, ante verba *φείδεται. δυναστείας τε ἐρῶν κ. τ. λ.* Igitur Vaticani libri initium ita sese habet:

f. 1^{r}: ‖ *καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ τῇ τύχῃ κ. τ. λ.* (36, 1 sqq. = 35, 1 sqq. Reim. = 36, 3 sqq. Bk. Dind.)

f. 4^{r} vs. 11: | *ὀλίγου διεφθάρη* (vacuum) | (36, 17, 3 = 35, 17, 3 Reim. = 36, 19, 3 Bk. Dind.)

f. 4^{r} vs. 12: | *δυναστείας τε ἐρῶν* [1]) *κ. τ. λ.* (36, 18, 1 = 36, 1, 1 Reim. Bk. Dind.)

1) Omissa voce *φείδεται*. — Ceterum non aliter ceteri codices recentiores,

Libri superstites. Codex L

Ex quo apparet anno 1439 (nam hoc anno liber Vaticanus scriptus est) hunc statum L(aurentiani) fuisse:

initium deerat

c. 1—17 (= 9 ½ pag. ed. Dind., quae efficiunt 4 folia L)

lacuna

c. 18. 19. 20 sqq.

Patet iam quam falsus fuerit Penzelius, haec aliter ordinanda esse contendens. Etenim cum capitibus 1—17, quibus Luculli expeditio in Armeniam narratur, tamquam libri 35 fragmentum ab editoribus prioribus ante verba . . . . φείδεται. δυναστείας τε ἐρῶν, quae librum 36 exordiebantur, locus datus esset, Penzelius coniecit ea inter verba προσχωρήσαντας (c. 19, 3) et λέξω δὲ ἤδη καὶ τὸ κατὰ τοῦτον πῶς ἐγένετο (c. 20, 1) collocanda esse, quae tamen quam arcte inter se cohaereant L demonstrat. Nec magis, si sententiarum nexum spectas, causa ulla est cur disiungantur.

Hanc tamen opinionem, a Xiphilino ut videbatur confirmatam, secuti exordium Dionei operis in hunc modum Grosius et Bekkerus[1]) disposuerunt:

1. Xiphilini prima verba κληρουμένων δὴ τῶν ὑπάτων — καὶ Κρητικὸς ἐπεκλήθη (p. 1, 6—20 Dind., c. 1ª et 17ª huius edit.) tamquam libri 35 fragmentum.
2. . . . . . φείδεται. δυναστείας τε ἐρῶν — προσχωρήσαντας (36, 18. 19 = 36, 1. 2 Bk. Dind.)
3. Λούκουλλος δὲ Λούκιος — καὶ ἀπέρριψεν (Xiph. p. 1, 20—2, 15 Dind., c. 1ᵇ huius edit.)
4. . . . . . . καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ τῇ τύχῃ — διεφθάρη (36, 1—17 = 36, 3—19 Bk. Dind.)
5. λέξω δὲ ἤδη καὶ τὸ κατὰ τοῦτον κ. τ. λ. (36, 20 sqq.)

Cum contra ita sit ordinandum:

1. Κληρουμένων δὴ τῶν ὑπάτων — ἐς Κρήτην (Xiph. p. 1, 6—12 Dind.). Initium belli Cretici a Metello gesti.
2. Λούκουλλος δὲ Λούκιος — καὶ ἀπέρριψεν (Xiph. p. 1, 20—2, 15 Dind.)
3. . . . . καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ τῇ τύχῃ — διεφθάρη. (36, 1—17)

} Luculli expeditio in Armenia.

---

qui a libro 36 incipiunt, (quippe itidem a L(aurentiano) derivati), in eo tantum a V(aticano) discrepantes quod vocabulum φείδεται non omittunt et post διεφθάρη satis magnum spatium vacuum relinquunt (veluti Parisinus 1689 24 ½ versus, plus quam duo folia Vaticanus 993).


1) In quibusdam differunt, quae memorare otiosum est. Ordo quem dedi est Bekkeri.

4. *καὶ τὴν νῆσον ἅπασαν ἐχειρώσατο — ἐπεκλήθη.* (Xiph. p. 1, 13—20) | Finis belli Cretici.
5. . . . . *φείδεται. δυναστείας τε ἐρῶν — προσχωρήσαντας.* (36, 18. 19) | Finis belli Cretici.
6. *λέξω δὲ ἤδη καὶ τὸ κατὰ τοῦτον κ. τ. λ.* (36, 20 sqq.)

Libri superstites. Codex L

In qua dispositione hoc solum offendere posset, quod statuendum erit Xiphilinum bellum Creticum, a Dione duobus locis enarratum, uno tenore absolvisse. Nec tamen ubique Xiphilinus rerum ordinem, qualis est apud Dionem, restricte servavit. Sic in vicinio quae p. 14. 13—32 Dind. leguntur ex 40, 17, 3—19, 3 praecedunt ea quae p. 14, 32—15, 18 Dind. ex 40, 14, 2—15, 4 excerpta sunt. Praeterea ipsum illud *ἐχειρώσατο μετὰ τοῦτο* (v. 13) idem indicat. Vide quoque adnotata ad p. 368 vs. 1 et 6. 7.


Quattuor autem folia codicis L(aurentiani) quibus libri 36 capita 1—17 continebantur, quoniam in his capitibus lacuna nulla est, quaternionis media fuisse admodum est verisimile:



Unde efficitur inter *διαφθάρῃ* et *φείδεται* duo folia (circiter $1^2/_3$ pag. ed. Dind.) amissa esse. Etenim haec quattuor folia ex quaternione p r i m o olim superfuisse vel, quod eodem redit, inter *διαφθάρῃ* et *φείδεται* decem folia (duo folia ultima quaternionis primi et totum quaternionem secundum) periisse, id ne accipiamus obstat primum qaod tot foliis additis liber 36 solitum ambitum magnopere excederet (cf. p. 359), tum quod tanto spatio res quae narrandae erant non sufficiunt.

Ex his autem quae ultimo loco disputata sunt, id quoque intellegitur Laurentianum codicem olim in medio libro 35 incepisse, vel ut aliis verbis idem dicam, derivatum esse ab exemplari mutilato.

Sed praeter primos duos quaterniones alia quoque damna L passus est. Abscissum est ex quaternione nunc primo (olim γ′) folium inter f. 6 et 7 (lacuna est inter c. 36 et 37 libri 36); quod ei coniunctum fuit f. 2 hodie ad f. 6 adglutinatum est



Quaternioni tertio[1]) (olim ε′) folium deest primum inter f. 15


1) Nulla vero lacuna est 37, 29, 3. 4 inter *τὸν Κατιλίναν* et *καὶ οὐκ ἐτόλ-*

Libri superstites. Codex L


et 16 (lacuna est inter c. 7 et 8 libri 37; *παρὰ* ultimum est vocabulum f. 15ᵛ)



Primum itidem folium abscissum est quaternioni 29 (olim *λα′*), inter f. 222 et 223. Continebat ea quae 48, 41, 7—44, 3 a verbis *ἐγένετο μὲν καὶ* usque ad *μετὰ τοῦ Καίσαρος* leguntur in Marciano



Ultimo denique quaternioni (olim *λγ′*) quintum folium deest inter f. 241 et 242. Desideratur igitur in Laurentiano *ἢ ἵνα τοὺς Ἀρμενίους* usque ad *φιλοτιμούμενοι καὶ* 49, 39, 5—42, 3



Sed aliquanto maioris momenti damnum est quo Laurentianus in fine est affectus: nempe tota extrema pars (non minus quam circiter 76 folia = 9½ quaterniones), quae complectebatur libros 50 (a capite 6) usque ad 54 est avulsa, ut statim videbimus in descriptione codicis Vaticani.

Singulorum librorum indicibus hic titulus praefixus est: *τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ λζ̄* (*λη̄* cet.) *τῶν δίωνος ῥωμαϊκῶν*, qui in solo libro 47 (ut in Marciano quoque) in hunc modum mutatus est: *τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ δίωνος ῥωμαϊκῶν μζ̄*.

Subscriptio quinquies variatur:

δίωνος ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λη̄, λθ̄, μ̄, μᾱ, με̄, μζ̄, μθ̄ (et *ν̄* cod. V)

δίωνος ῥωμαϊκῆς μη

δίωνος ῥωμαϊκῶν ἱστορίας βιβλίον μβ̄

δίωνος ῥωμαϊκῶν ἱστορίας μγ̄, μδ̄

δίωνος ῥωμαϊκῶν λϛ̄, λζ̄, μϛ̄ (et *νᾱ, νβ̄, νγ̄* cod. V)

Compendiis scripturae librarius non nisi raro usus est, iisque usitatissimis. Saepe unius vocabuli syllabas disiungit, coniungit

---

μησε ut statueramus et ego et Dindorfius olim, decepti a Vaticani codicis scriba, qui folium Laurentiano suo deesse arbitratus, unam paginam et dimidiam hic vacuam reliquit. Omnia recte procedere nec quidquam deesse posse cum intellexissem Vitellium Florentinum v. c. rogavi ut codicem examinare vellet, isque quod suspicatus eram confirmavit.

diversorum. Hoc habet singulare quod in verbis cum praepositione πρὸς compositis praepositionem a verbo divulsam addito accentu separatim scribere solet προσ ποιήσασθαι, προσ δεηθῆναι sim. Correctiones manus antiquae inter lineas vel in margine extant per paucae[1]), haud raro tamen in margine ση aut ~ appictum invenies, si non semper at plerumque, ubi aliquid corruptum est. Item λ' legitur ad locum admodum lacunosum 38, 11, 6. Libri superstites. Codex L

Codicem L annis aliquot abhinc contuli ipse. Ubi de lectione codicis dubitatio mihi hoc volumen paranti oborta est, Vitellium Florentinum adii, isque, quae est summa eius humanitas ac benivolentia apud cives peregrinosque aeque celebrata, numquam non desideriis meis satisfecit. Quare spero fore ut quid in L legatur ex hac editione satis certo possit cognosci. Hic illic sed non semper diserte adnotavi in L „ita“ legi, si de qua lectione in editionibus superioribus aliter relatum erat. Fateor ad accentus me non semper satis attendisse.

Codex Vaticanus graecus n. 144 (V)

chartaceus, formae quadratae, foliorum 282, anno 1439 perscriptus teste subscriptione ἐτελειώθη ἐν ἔτει ϛ^ω ϡ^ω μζ^ω ἰνδικτιῶνος (per comp.) β' ἐν μηνὶ ἰα^λ' ε'^η ἡμέρα (per comp.) α^η i. e. anno aerae mundi 6947, indictione secunda, d. 5 m. Iulii, die Solis. Continet libros 36—54. Integer servatus est; initio nihil deesse vel ex quaternionum numeris efficitur. Haec gerit in fronte, manu recentiore addita:

πίναξ

δίωνος ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν βιβλία ἐννεακαίδεκα | ἀπὸ τοῦ λϛ^ου (λε) μέχρι τοῦ νδ ὧν ὁ λϛ' καὶ ὁ λζ' | καὶ ὁ νδ' ἐν τῷ μέσῳ ἐλλειπεῖς | βιβλίον λϛ^ον ἄναρχον | βιβλίον λζ^ον ἡ ἀρ. τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ ἔτει κ. τ. λ.

Incipit ita, ut iam vidimus supra:

f. 1^r vs. 1—f. 4^r vs. 11: καὶ ὅτι ἰσχυρᾷ τῇ τύχῃ — ὀλίγου διεφθάρῃ (36, 1—17)

f. 4^r vs. 12 δυναστείας τε ἐρῶν κ. τ. λ. prorsus eodem modo quo in Laurentiano leguntur 36, 18 sqq.

Etenim ab L Vaticanum librum descriptum esse, clare eo demonstratur quod quae *folio abscisso* in illo codice perierunt, eadem illa non habet vel spatio vacuo relicto additaque nota λείπει vel ne indicata quidem lacuna. Primam lacunam et secundam (lib. 36 c. 36/7 et lib. 37 c. 7/8) binis fere foliis puris relictis librarius indi-

1) Manum quoque recentem interdum sed raro deprehendis.

Libri superstites. Codex V

cavit; non vidit etiam 48, 41, 7 et 49, 39, 5 singula folia Laurentiano deesse. Quo factum est ut priore loco cum verbis in folio L 222^v ultimis *τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον* (48, 41, 7) prima verba folii 223^r *χωρὶς δὲ τὸν Νέρωνα* (48, 44, 3) coniunxerit, altero autem eodem modo errans continuo scripserit *σκηπτόμενος δι' οὐδὲν ἄλλο αὐτὸν συνειληφέναι ὑπεστέλλοντο καὶ ἐμετρίαζον κ. τ. λ.*, omissis *ἢ ἵνα τοὺς Ἀρμενίους — φιλοτιμούμενοι καὶ* (49, 39, 5—42, 3).

Apparet iam quanti pretii sit Vaticanus codex. In aprico enim est Laurentiano libro, quo tempore ab ea V describeretur, nec initio defuisse quattuor illa folia de quibus fusius supra egimus, nec in fine libros 50—54. In qua parte Vaticanus nobis iam Laurentiani loco est. Quare de ea accuratius erit disputandum. Patet autem in L etiam hanc partem hic illic mutilatam fuisse. Libro enim 51 in V verba *ἐπιδιώκων τήν τε Σεγετικὴν — ἐς τοὺς πεζοὺς* (c. 23, 5—26, 1) sine ullo lacunae indicio omissa sunt. Folium scilicet deerat Laurentiano. Eodem autem libro inter c. 26, 5 *πρὸς γὰρ τῷ ὕδατι ἐπεπό* et 27, 1 *καὶ νεωτερισμὸν ἐμποιοῦντας* quaedam desiderari spatium versuum 12 vacuum relictum ostendit, unde patet Laurentianum quoque haec lacuna indicata omisisse (ut 48, 4, 3 aliam lacunam significavit) aut habuisse quidem, sed madore vel quavis alia causa ita oblitterata, ut legi amplius non possent.[1])

Rursus folium in L perierat libro 52 inter c. 13 et 14, quod Vaticani scriba non animadvertit: coniungit enim *ὥστε μηδὲ τοὺς χρηστοὺς ἄνδρας* et *οὔτε πεῖσαί τι ῥᾳδίως κ. τ. λ.* (cf. infra p. LXIX, 1). Libro deinde 54 in V desiderantur c. 7, 6—19, 4 *γενόμενος κἂν τούτῳ ὁ Φραάτης — τὸν τοῦ Κυρί.* Hic quinque folia pura eum labem quam contraxerat L deprehendisse ostendunt.[2]) Verum paulo post cum in Laurentiano unum folium periisse non videret, verbis *πάντα τἆλλα ἐκπώματα* c. 23, 3 adiunxit *ἔτ' ἐπέστελλον*, quae c. 24, 7 leguntur. Litteris denique in ultima pagina, ut fit, evanidis in libri 54 fine nihil dispicere potuit nisi haec:

τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν Χάττων πρὸς γὰρ τοὺς
μετέστησαν καὶ τῆς τε χώρας αὐτῶν
τῶν Ῥωμαίων εἰλήφεσαν ἔξα
ἐκάκωσε τὰ δὲ ἐχειρώ

---

1) Hoc probabilius videtur, quia Marcianus codex, qui 48, 4, 3 eodem modo quo Laurentianus lacunam illam spatio vacuo indicavit, his versibus non caret. L et M autem ab uno exemplari vetere derivati videntur.

2) Haud male lacunae ambitum scriba indicavit; quae desunt ad amussim respondent 5 foliis Laurentiani.

Libri superstites. Codex V

τὴν Ῥώμην σὺν τῷ
ἐν γὰρ τῇ Λουγδω
Κελτοῖς ἐφεδρ
καις ἐψήφιστο ἣ
ἐπετέλεσαν
νίου καὶ ἐπὶ Φαβίου.

Librarius Vaticani munere suo satis bene functus est. Universum si spectas V cum L optime convenit. Nec tamen mirandum haud raro quaedam in V esse omissa, levia praesertim ut *καὶ γὰρ τε οὖν δὴ* talia, sed etiam versus Laurentiani integros veluti | *τῶν Ῥωμαίων προκαλουμένων σφᾶς συνέμιξεν ἀλλά* | 38, 48, 2 et | *ὀλίγον ἄπωθεν παραρρέοντος διάκενόν τι κατε* | 49, 37, 4[1]), tum absurda quaedam vitia nata esse ex lectione Laurentiani aut depravata aut male intellecta[2]), glossas denique et varias lectiones ex margine L in textum Vaticani irrepsisse.[3]) Contra interdum lectionem L de suo correxit.[4])

Codicem V ipse contuli.

Codex Parisinus 1690

chartaceus saec. XVI, formae maximae, foliorum 358. Continet libros 36—54. De hoc libro olim Mediceo pauca adnotare satis erit. Cum enim Vaticano codici sit simillimus habeatque omnes eius lacunas[5]), verborum omissiones[6]) et lectiones depravatas[7]) omnes et in hoc tantum discrepet quod ultro corrupit non pauca, omisit permulta[8]), procul dubio ex eo est descriptus.

Hunc librum ipse non vidi; Grosii descriptione et variis lectionibus ab eo allatis usus sum.

1) Alia vide mox adn. 6. 7.

2) Sic 39, 42, 2 L in versus fine *ὁμοί* praebet pro *ὁμοίως*, versu enim sequenti scriba aliud agens *ως* addere oblitus est: id *ὁμοί* in medio versu fideliter repetitur in V. Libro 46, 23, 5 *μὴ δεόντως* librarius Laurentiani suo more (vide supra p. LXIV sq.) scripsit *μηδε όντως*, unde *μηδὲ ὄντως* in V natum est.

3) Veluti 39, 1, 4 L habet *τούς τε *ψιλοὺς* et in marg. **φίλους.* Vaticanus *τούς τε φίλους ψιλοὺς.*

4) E. gr. 38, 31, 2 *διασπασθέντες* ex *διασπανθέντες.*

5) Veluti 38, 48, 2 *τῶν Ῥωμαίων — ἀλλά*, vide supra.

6) *κατέδεισαν καὶ κατελύσαντο* 40, 3, 2, *ἀποδειχθῆναι* 40, 46, 1 cet.

7) Ut *ὄντα* pro *ἔχοντα* 38, 49, 4, *ἐκεῖθεν* pro *ἔγγυθεν* 38, 50, 2, *μηδενῶς σφῶν* pro *μηδενός σφων προσδεῖσθαι* 39, 33, 1.

8) In solo libro 39: *μήτε τὴν ἡσυχίαν — πρὶν γὰρ ἐκεῖνον* c. 19, 2. 3, *ἀλλήλοις — παρακινήσωσι* c. 40, 2, *ἐπὶ τούτῳ — καταγνόντες* c. 47, 3 — 48, 1, *δι᾽ ὀλίγον — ὥστε καὶ* c. 54, 2, *καὶ γνώμας — αὐτοῦ* c. 59, 2.

Libri superstites. Codex M

Codex Marcianus sive Venetus n. 395 (M; olim Ven. a) membranaceus, saec. XI, formae maximae, foliorum 251, litteris minusculis grandibus pulcherrimisque scriptus. Singulae paginae 34 versus continent litterarum circiter 40. Mutilus est et a capite et in fine. Incipit in medio libro 44, 35, 4 inde a verbis ‖ *ἀνοητότατα κομίσας*, desinit 60, 28, 3 in medio vocabulo *ὁπότε γε λόγος τις ἐν τῷ δή* ‖ . . . Sed praeterea quoque quaternionibus aut foliis hic illic deficientibus admodum lacunosus est. Quas lacunas bene nosse cum multum valeat ad ceterorum codicum originem detegendum, hanc rem paulo accuratius oportet tractare. Igitur librarius cum primum folium singulorum quaternionum in summo margine tribus asteriscis et numero notasset in hunc modum:

* * * ΚΗ

interierunt quidem numeri omnes uno excepto, sed asterisci aut integri aut ex parte certe remanserunt, unde quaternionum singulorum initium certo cognoscitur. Cum praeterea, ut dixi, uni numero (est *κη'*) bibliopegi culter pepercerit, nullo negotio unicuique quaternioni suus numerus restitui potest, quo facto iam patebit, quot initio perierint.

fol.	quat.	
1—8	= *ϑ*	
9—16	= *ι*	
17—24	= *ια*	
25—32	= *ιβ*	
deest	*ιγ*	libro 46 c. 23, 2 *εἴπερ τινὰ ἀλήϑειαν* — c. 43, 2 *οὐχ ὅτι καὶ ἐβούλοντο.* Servata haec in L paginis $17\frac{7}{8}$ editionis Dindorfianae continentur. Singuli autem quaterniones cod. M eum ipsum paginarum numerum aequant. — Damnum a manu recentiore indicatum est, quae in imo f. 32ᵛ *εἴπέρ τινα ἀληϑ* et in summo f. 33ʳ *οὐχ ὅτι καὶ ἐβούλοντο αὐτῆς τυχεῖν* adscripsit.
33—40	= *ιδ*	
41—48	= *ιε*	
49—56	= *ιϛ*	
57—64	= *ιζ*	
65—72	= *ιη*	
73—80	= *ιϑ*	
81—88	= *κ*	

Libri superstites. Codex M

89—96	= κα	
97—104	= κβ	
105—112	= κγ	
113—120	= κδ	huius numeri pauca quaedam vestigia supersunt.
121—128	= κε	
deest	κϛ	libro 52 c. 5, 2 | *αυτοὺς μόνον* — c. 20, 4 *ὀνομάτων φρονῇ* | = 15¼ pag. ed. Dind. Numerum 17¾ vel 18 paginarum editionis Dind. non expleri lacuna, qua haec pars laborat, facilem habet explicationem. Periit enim post c. 13, 7 finis orationis Agrippae et Maecenatis responsionis exordium folio in L abscisso.[1]) Folium autem cod. L = 2½ pag. ed. Dind. — Hoc quoque damnum indicatur ab eadem manu recentiore. Scriptum enim est f. 129ʳ supra *ζήτει τὸ τέλος τῆς τοῦ καίσαρος* [debebat *ἀγρίππου*] *δημηγορίας καὶ ἐφεξῆς τὴν ἀρχὴν τὴν τοῦ μαικήνου.*
129—136	= κζ	huius quoque numeri leve indicium remansit.
137—144	= κη	hic numerus totus superest.
145—152	= κθ	
153—159	= λ	tricesimi quaternionis duo folia media inter f. 155 et 157 perierant (54, 1, 5 — 6, 2 *δικτάτορας ἔχων* — *Σιλουανὸς ἐσπουδαρ* = 4½ pag. ed. Dind.). Haec a manu recentiore eadem quae passim correxit textum litteris parvis ex alio codice (quem L fuisse paene certum est)[2]) suppleta sunt in folio chartaceo, qui hoc loco insertus numero 156 notatur.

1) Id indicavit scriba cod. L(aurentiani) b, quem hanc partem ex L hausisse post demonstrabitur (cf. p. LXXVII) vacuis relictis f. 203ʳ medio et 203ᵛ, non vidit librarius cod. V, cf. p. LXVI.

2) Lectio optima *ἱππῆς* c. 2, 5, quae forma in solis L et M ubique fere servata est (*ἱππῇς*), in ceteris vero omnibus, ne V quidem excepto, in *ἱππεῖς* mutari solet, probat haec duo folia ex L etiamtum integro esse suppleta. In his tantum differt M a V, qui hic nobis pro L est (litteris diductis scribitur lectio genuina):

	V	M
1, 5	*αὐτὸν*	*αὐτῶν*
2, 2	*ἔσχατοι δη*	*δὴ* om.
2, 5	*ἐπειδὴ δὲ*	*ἐπειδήπερ*
3, 6	*εὐθυνόμενον*	*εὐθυνούμενον*
3, 8	*καὶ θυσίας ὡς*	om. (de hoc loco non recte iudicavit Dind. in praef. vol. I p. VIII)

Libri superstites. Codex M

160—167 = λα


168—175 = λβ litterae λ vestigium superest.

176, 177 λγ tricesimi tertii quaternionis haec duo folia (quae cohaerent) remanserunt. Leguntur libro 55 c. 10, 2—15 ϱει ἑαυτὸν δὲ καὶ τοὺς ἐγγόνους — Ἰούλιος Ἀντώνιος ὡς καὶ (fol. 176)[1]), et ibid. c. 10a, 1—11, 2 ἑτέρους ἐκ τῆς Αἰγύπτου — καὶ τὴν μέλλησιν τῆς ἐπιβουλῆς (f. 177). Sex folia exciderunt, quae ubi exciderint quaerendum. Folium autem primum et ei coniunctum octavum, itidem quartum quintumque periisse apparet. Incertum tantum videri possit, reliquumne sit secundum et septimum an tertium sextumque.[2]) Revera autem superesse tertium et sextum, itaque inter fol. 175 et 176, itidemque inter fol. 176 et 177, denique inter fol. 177 et 178 bina folia excidisse (nec vero inter f. 175 et 176 et 177 et 178 singula, inter 176 et 177 quattuor) eo demonstratur, quod ea parte, quae inter fol. 175 et 176 periit, res narrantur per annos quattuor (a. 748—752 a. u.) gestae, quae certe spatio unius folii absolvi non potuerunt, cum praesertim quae fragmenta huius partis a Xiphilino (p. 100, 19—101, 1 Dind.) et in excerpto Valesiano n. 177 (p. 662) et apud Zonaram (2, 446, 31 — 447, 16 Dind.) nobis servata sunt, iam spatium dimidii folii excedant, neque tamen in his fragmentis

V	M
4, 4 ὀνείραξιν	ὀνείρωξιν
5, 4 ἐν τῇ ὁδῷ	om. (in marg. addidit altera manus)
6, 2 ἐκεῖνον δὲ δὴ	δὴ om.

Igitur codicis L lectiones duobus locis leviter a Vaticani librario, ceteris omnibus neglegentia eius, qui hoc folium in M inseruit, corruptae sunt. Vix opus est ut dicam has codicis M corruptelas omnes in libro Laurentiano b redire.

1) Folii 175ᵛ ultima verba sunt βουληθεὶς δὲ δὴ τρόπον 55, 9, 4.

2)


aut:


quidquam inveniatur de fori Augusti inauguratione, quam hic narrasse Dionem ex indice huius libri cognovimus. Libri superstites. Codex M

178—185 = λδ

186—189 = λε perierunt quattuor folia media inter f. 187 et 188, libro 55 inter c. 33 et 34.

190—197 = λϛ

198—201 = λζ interiit primum folium eique coniunctum octavum et tertium sextumque.[1]) Desunt igitur singula folia libro 56 c. 22, 2 inter *καὶ τά τε* et *τὸ μὲν πρῶτον,* c. 24, 5 inter *καὶ ὅτι καὶ* et *μετὰ τὴν,* c. 28, 6 inter *ἰδιωτῶν καὶ* et *τό τε συνέδριον,* denique c. 32, 1 inter *καίτοι τὰς* et *χόντων.*

202—209 = λη

210—217 = λθ

Hic lacuna est quaternionum minimum duorum (quae enim ex hac parte excerpserunt Xiphilinus et Eclogarii Constantiniani Zonarasque quaternione uno comprehendi nequeunt). Desinit codex in verbis *τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἐπετήδευσε ἀπε* 57, 17, 8, rursus incipit 58, 7, 2 *ἄλλα καὶ ἑαυτῷ ἔθυε.* Periit igitur titulus et index libri 58. Sequuntur tres quaterniones integri:

218—225

226—233


234—241

Iterum inter folia 241 et 242 unus duove quaterniones deficiunt, nam plures excidisse probabile non est. Ultima verba fol. 241ᵛ sunt *ἀπέκτεινε καὶ* 59, 25, 1, prima fol. 242ʳ *ἀλλὰ ἀεὶ καὶ ἐν παιδείᾳ* 60, 2, 1. Itaque intercidit libri 60 titulus et index. — Ex foliis 242—251

242—249 integro quaternione continentur et

250, 251 duo folia sequentis quaternionis sunt, quae non cohaerent. Inter f. 249 et 250 unum tantum folium periit, primum huius quaternionis. Quae continebat,

---

1)


Libri superstites. Codex M

integra supersunt in codicibus alterius classis (libri 60 c. 17, 7—20, 2 ποιεῖν, ἀπηγόρευσε — ὡς δ' ἐπὶ ποταμῷ). Inter f. 250 et 251 duo folia exciderunt, quibus legebantur c. 22, 3—26, 2 ἐκείνους μὲν δὴ — εἶτ' οὖν ἐφεξῆς, itidem nobis in illis codicibus servata. Fuit igitur f. 250 secundum, f. 251 quintum huius quaternionis.

Itaque apparet ex numero ϑ, quo notatus erat qui nunc primus est quaternio, codicem Marcianum olim octo quaternionibus in initio auctiorem fuisse. Quo quaternionum numero cum contineantur paginae ed. Dind. circiter 143, incepisse fere in c. 10—12 libri 41 statuendum est, unde consequi videtur archetypum codicis Marciani, olim quidem exorsum ab ipso libro 41, quo tempore descriptus est, iam damnum aliquot foliorum passum esse. De codicis M fine certi nihil affirmaverim nec tamen reticeam veri mihi simillimum videri ultra librum 60 eum non esse progressum, et Marciani archetypum duas decadas comprehendisse, quocum conferenda sunt Suidae verba: „διαιροῦνται δὲ (sc. libri Dionis) κατὰ δεκάδας".[1])

Lacerato iam et mutilo ei contigit ut iterum conglutinaretur, sed cum cui hoc negotium mandatum erat, pessime munere functum fuisse discimus ex numeris arabicis, qui vocantur, quibus primam cuiusque quaternionis paginam notaverat.[2])

fol.	num.	fol.	num.	fol.	num.
1	deest	89	13	178	24
9	3	97	14	186	25
17	4	105	15	190	26
25	5	113	16	198	**32**
33	6	121	17	202	**28**
41	7	129	18	210	**27**
49	8	137	19	218	**29**
57	9	145	20	226	30
65	10	153	21	234	31
73	deest	160	22	242	deest
81	**11**	168	23	250	deest

1) Eodem modo lacuna illa, qua iam olim laborabant Dionis codices, orta videtur. Res divi Pii, et initium regni divi Marci amissae iam aetate Constantini Porphyrogenneti libro 70 (ultimo decadis septimae) et libri 71 (primi decadis octavae) exordio narrata erant.

2) Haec, quae futilia cuipiam videri possunt, quare memoranda sint in descriptione codicis Vesontini patebit.

Libri superstites. Codex M

Unde quaternionum ordinem tum hunc fuisse apparet: [1]

quat.	fol.	num.	quat.	fol.	num.
ϑ	1—8	deest	κη	137—144	19
ι	9—16	3	κϑ	145—152	20
ια	17—24	4	λ	153—159	21
ιβ	25—32	5	λα	160—167	22
ιδ	33—40	6	λβ	168—175 [2]	23
ιε	41—48	7	λδ	178—185	24
ις	49—56	8	λε	186—189	25
ιζ	57—64	9	λς	190—197	26
ιη	65—72	10	λϑ	**210—217**	27
κ	**81—88**	11	λη	**202—209**	28
ιϑ	**73—80**	deest		218—225	29
κα	89—96	13		226—233	30
κβ	97—104	14		234—241	31
κγ	105—112	15	λζ	**198—201** [3]	32
κδ	113—120	16		242—249	deest
κε	121—128	17		250, 251	
κζ	129—136	18			

Quos latereculos si quis perlustraverit, primum intelleget codicem eo tempore nondum octo sed septem tantum quaternionibus a fronte caruisse, primus enim etsi numero caret, qui nunc secundum locum occupat tunc tertius fuit. Tum bibliopegum ter quaterniones perperam coniunxisse videbit. Nam 11 et 12 (cui numerus deest) et 27 et 28 inter se permutavit; atque adeo quaternionem, cuius folia 198—201 supererant, post f. 241 collocavit. [4] Cognoscet denique primo illo quaternione excepto Marcianum iam eo tempore ita mutilatum fuisse ut hodie est.

1) Hodie iustus ordo restitutus est.

2) Hodie in Marciano suo loco inter f. 175 et 178 inserta sunt duo folia (176. 177) quae quaternionis λγ supersunt. Quo tempore a Marciano Laurentianus b et Vesontinus describerentur casu alium in locum, ad codicis finem, ut credi licet, migraverant. Quo factum est, ut in utroque codice haec desiderentur.

3) Imo f. 198^r adnotatur $\zeta\eta^{\tau}$ $\delta\iota\varphi^{\lambda\lambda}$ (hoc minus recte, nam post f. 198^v demum deest unum folium cf. p. LXXI) et αὔγ. f. 198^v signum quoddam et $\zeta\eta^{\tau}$. f. 199^r αὔγ, f. 200^v $\zeta\eta^{\tau}$, f. 201^r αὔγ. Illo αὔγ mihi indicari videtur haec folia, inter f. 241 et f. 242 i. e. in historia imperatorum Gai et Claudii collocata, pertinere ad historiam Augusti.

4) Id confirmatur notis marginalibus. Legitur enim in imo folio 197^v: *μέχρι τᾶδε γράφε* (sic) et in summo folio 202^r *ζήτει ὁ ἀναγινώσκων τὸ παρὸν τετράδιον ἐν ἄλλῳ τόπῳ ὀφεῖλον τεθῆναι | ὁ γὰρ τὰς βεμβράνας συντιθεὶς ἠστόχησεν.*

Libri superstites. Codex M

Singuli libri ita incipiunt: *τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ μεʹ* (*μϛʹ* cet.) *τῶν δίωνος ῥωμαϊκῶν* (sequitur argumentum), solo libro 47 excepto qui, ut in L quoque, inscribitur: *τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ δίωνος ῥωμαϊκῶν μζʹ*.

Subscriptio ter variatur

δίωνος ῥωμαϊκῆς ἱστορίας μδ με μζ μη μθ ν νη
δίωνος ῥωμαϊκῶν μϛ να νβ νγ νε νϛ
δίωνος κοκκιανοῦ ῥωμαϊκῶν βιβλίον νδ.

Siglis Marciani librarius fere abstinet, nisi quod *καὶ* saepe noto compendio scribit et in versuum fine litteram *ν* haud raro lineola ultimae litterae superscripta expressit. Praeterea *-ος* et *-ως* nonnunquam ita exarata inveniuntur, ut *σ* litteram *ο* tanquam involvat sed id quoque in extremis tantum versibus; iota quod dicitur subscriptum vocali adscribitur. Lineolae stilo membranis impressae summas litteras attingunt. Orationes et colloquia appicto ante singulos versus signo 〉 distinguuntur; ubi duo colloquuntur vel duorum adversariorum conciones se invicem excipiunt posterioris verbis duplex signum 〉〉 additur.

Tenuioribus litteris uncialibus corrector antiquus et in marginibus et inter lineas multa vitiosa correxit, quae male abundarent induxit, explevit quae deessent, plerumque recte, non ex ingenio sed adhibito codice quodam, eo ipso fortasse qui descriptus erat, ut inde quoque apparet, quod interdum lectioni depravatae alteram substituat vitiosam quidem et ipsam sed ex qua genuina scriptoris verba erui possint.[1])

Multo post alia manus recentior correctiunculus aliquot afferre conata est, sed huic res male cessit: quae tentavit aut parvi momenti sunt aut ulterius corrupta. Sic ad 55, 1, 3 *ποῖ δῆτα ἐπείγει, Δροῦσε ἀκόρεστε* in margine adnotavit *γρ. βαδίζεις*. Cf. quoque p. LXXVI.

Ut in L ita in Marciano libro quoque signo CH in margine adscripto indicari solet aliquid corruptum esse aut lacunosum.

Codicem M ipse contuli.[2])

Codex Laurentianus sive Mediceus plutei 70 n. 10 (L b; olim M b)

membranaceus est, saec. XV, formae quadratae, foliorum 361, litteris minusculis nitidissime exaratus. Continet libros 42—58 (= 60;

1) Exempla quaedam vide *Mnem. l. l.* p. 327 sq.

2) Notae quoque stichometricae, si bene memini, in Marciano inveniuntur, ad quas me olim non satis attendisse nunc vehementer doleo.

57 + 58 = 57; 59 + 60 = 58. A L(aurentiano) et M(arciano) descriptus.[1] Libri superstites. Codex L b

F. 1r ita incipit:

δίωνος κοκκιανοῦ ῥωμαϊκῶν βιβλίον μβ

ἡ μὲν οὖν μαχὴ τοίαδέ τις[2] *ἐγένετο κ. τ. λ.* (42, 1, 1).

Initio mutilatus non est ut vel ex quaternionum numeris patet. Data opera igitur qui hunc codicem scripsit (vel is qui describi sibi iussit) inde a pugna Pharsalica, qua iam Caesar rerum est potitus, initium facere instituit.[2])

Verba ultima *τοὺς γὰρ μύκητας θεῶν βρῶμα ἔλεγεν εἶναι, ὅτι καὶ ἐκεῖνος διὰ τοῦ μύκητος θεὸς ἐγεγόνει* (L. 60 ex.) inveniuntur f. 359v.

Sequitur autem f. 360v et 361 fragmentum ex Ciceronis cum Philisco colloquio quod a Dione in libro 38 narratur, inde a verbis *οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, ὦ Κικέρων* (c. 18, 1) usque ad *κακῶς αὐτῆς ἐχούσης μὴ οὐ* (c. 21, 2) cui ab eadem manu titulus praefixus est *ἐκ τοῦ λη τῆς δίωνος ῥωμαϊκῆς ἱστορίας.* Haec, quae ad pergamenam explendam addita videntur[3]), id certe demonstrant librarium codice usum fuisse qui priores quoque libros 36—41 exhiberet.

Hunc autem codicem librum L(aurentianum) fuisse vel ex tribus lacunis in L b intellegitur, quibus quae uno versu L(aurentiani)

1) Quoniam etiam hodie sunt qui ignorare videntur saepe post litteras renatas librarios in describendo duobus exemplaribus usos fuisse, ut alterum ex altero explerent, luculentum afferam testimonium quod nuper protulit Battifol, *la Vaticane de Paul III à Paul V* p. 50: *„Emmanuele a scritto il Palladio et e stato bene farlo transcrivere perchè da quello de la libreria* [*la Vaticane*] *et da questo* [*un exemplaire de Grotta Ferrata*] *n'haveremo fatto un bono.“ En d'autres termes un bon copiste comme est Emmanuel Embènes combine deux exemplaires pour obtenir une copie plus lisible. Et remarquez qu'il ne s'agit pas de deux exemplaires représentant la même édition textuelle, car Sirleto nous apprend qu'il y a entre les deux une „varietà grande . . . quello di Grotta Ferrata ha manco di questo de la libreria Vaticana, ma quel che ha e molto più corretto et di megliori sensi che questo nostro, . . . immodo che l'uno et l'altro faranno uno bono.“*

2) Statim ab initio exemplum deprehenditur temeritatis huius librarii, qui incredibili licentia in textum Dionis grassatus est. Scripsit Dio *ἡ μὲν οὖν μαχὴ τοιαύτη δή τις ἐγένετο* respiciens ad enarrationem pugnae Pharsalicae quae praecedit 41, 55—63. Quam cum non haberet noster, qui a libro 42 inciperet, pro *τοιαύτη δή τις* substituit *τοίαδέ τις*.

3) Philisci et Ciceronis colloquium hominibus illius aevi perplacuisse nemo mirabitur qui eorum indolem moresque vel mediocriter noverit. Separatim id edidit longe ante Dionis editionem principem Ioannes Aurispa (*Philisci consolatoria ad Ciceronem e graeco Dionis Cassii libro 38 in latinum versa*, Paris. 1510).

Libri superstites. Codex L b

continentur, intercepta sunt: 43, 51, 3 *καὶ ἐς μὲν τὸ πρῶτον ἔτος* | ⟨*ταμίαι τεσσαράκοντα προεχειρίσθησαν ὥσπερ καὶ*⟩ | *πρότερον*, 44, 20, 1 *πάντες ὡς καὶ κινδυνεύοντες ἐταράσσοντο* | ⟨*καὶ αὐτοί τε ἐς φυγὴν ὥρμησαν ᾗ ἕκαστος ἐδύνατο*⟩ | *καὶ τοὺς προστυγχάνοντάς σφισιν ἐξέπλησσον*, 44, 31, 3 *οὔτε πολλοί πω συνεστήκασιν οἵ τε κεκινημένοι* | ⟨*οὔτε πεπλεονεκτήκασιν ἀπ᾽ ἀλλήλων οὔτ᾽ ἠλάττωνται*⟩ | *ὥστ᾽ ἢ ἐλπίδι τοῦ κρείττονος κ. τ. λ.*[1])

Statim vero ubi incipit codex Marcianus, hunc secutus est. L. 44, 38, 1 legitur in L *πᾶς γὰρ λόγος ἐν* (*ἐπὶ* Bekk.) *τῷ τοιῷδε λεγόμενος, κἂν τὸ βραχὺ τὸ ψεῦδος προσλάβῃ, οὐχ ὅσον οὐκ ἔπαινον αὐτῷ φέρει, ἀλλὰ καὶ ἔλεγχον αὐτοῦ ἔχει* et eodem modo habuit M, ex quo rectissime veram lectionem eruit Bekkerus *τὸ βραχύτατον ψεύδους*, sed supervenit aliquis, qui in M corrigeret scilicet *τὸ βραχὺ τοῦ ψεῦδος* (sic). Hinc L b librarius suum *τὸ βραχὺ τοῦ ψεύδους* procudit. Sic eodem libro c. 43, 1 *μετὰ τῶν ἄλλων νήσων τῶν περικειμένων αὐτῇ* (Britanniae) L b exhibet cum M, cum in L *προκειμένων* legatur, et c. 44, 2 *καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ* ut M, ubi alterum *καὶ* in L omissum est. Ultimo autem capite § 5 in verbis *τήν τε κληρονομίαν ὡς χαλεπὴν καὶ δυσμεταχείριστον οὖσαν* cum M ante *χαλεπὴν* habet *καὶ*, quod ab L abest.

Adhibuit tamen eundem L, quem habuit ultimis libris nondum spoliatum, ad lacunas Marciani codicis, quas supra enumeravimus, sarciendas. Ex eo igitur in L b sunt lib. 46, 23, 2—43, 2[2]), et 52, 5, 2—20, 4. Posteriore autem loco non statim, ut in priore, lacuna expleta est in L b, sed postea. Substitit enim librarius in medio folio 199r in verbis *πλείους σφῶν τό τε καθ᾽ ἑαυτοὺς* quae Mar-

1) Locos paulo fusius exscripsi ut videres *τῷ ὁμοιοτελεύτῳ* has lacunas nasci non potuisse. Eiusmodi enim lacunae, quibus L b abundat, minoris sunt momenti, licet in eis quoque fere animadvertas librarii oculos tum aberrasse cum *τὰ ὁμοιοτέλευτα* eundem paene locum in utroque archetypi versu occuparent. In solo libro 43 reperiuntur tres: *τὰ δὲ καὶ ὑμῖν τετήρηται* ⟨*ἀφ᾽ ὧν ἥ τε πόλις κομισθήσεται καὶ τὰ λοιπὰ διοικηθήσεται*⟩ c. 18, 3, *πρὸς τοῦ ἱερέως τοῦ Ἄρεως ἐτύθησαν*, ⟨*καί γε αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν πρὸς τὸ βασίλειον ἀνετέθησαν*⟩ c. 24, 4, *δικτατόρευσέ τε ἅμα τὸ πέμπτον*, ⟨*ἵππαρχον τὸν Λέπιδον προσλαβών, καὶ ὑπάτευσε τὸ πέμπτον*⟩ c. 49, 1.

2) In ea quoque parte integer vs. L omittitur c. 29, 2 *τῇ δ᾽ οὖν ὑστεραίᾳ* | ⟨*καὶ τῇ τρίτῃ πολλῶν καὶ ἄλλων ἐφ᾽ ἑκάτερα λεχθέντων*⟩ | *ἐκράτησαν οἱ τὰ τοῦ Καίσαρος πράττοντες*. — Noli credere capita 5, 2—20, 4 libri 52, quia haec lacuna non statim ut in libro 46, sed postea demum expleta est, ex V sumpsisse librarium; in V inter *μηδὲ τοὺς χρηστοὺς ἄνδρας* (c. 13, 7) et *οὔτε πεῖσαί τι ῥᾳδίως* (c. 14, 1) nullum est lacunae indicium, imo continuo haec scribuntur, cum scriba folium hic libro L deesse non animadvertisset, cf. p. LXVI.

ciani ante lacunam ultima sunt (usque ad *καθ' ἑ*). Rursus incepit in summo fol. 207ʳ *καὶ χρόνον τινὰ ἰδιωτεύσαντες* omissis tantum vocabulis *μετὰ γενόμενοι* quae Marcianus praemittit. Folia autem intermedia alio tempore, ut atramenti color ostendit, ita scripta sunt:

Libri superstites. Codex Lb

f. 199ʳ m—203ʳ m: *μόνον σπεύδουσι καὶ πάντας τοὺς ἄλλους μισοῦσι — ὥστε μηδὲ τοὺς χρηστοὺς ἄνδρας* . . . c. 5, 2—13, 7.

f. 203ʳ m et 203ᵛ: vacua relicta, deerat enim in L unum folium. cf. p. LXIX.

f. 204ʳ—206ᵛ m: *οὔτε πεῖσαί τι ῥαδίως — ἐν τῷ τῶν ὀνομάτων φρονήματι γενόμενοι.* c. 14, 1—20, 4.

f. 206ᵛ m usque ad finem vacuum relictum est.

Praeterea quaternione *κϛ* comprehenduntur folia 193—200, quaternione *κζ* folia 207—214; sex autem folia media inter utrumque 201—206, ternione coniuncta, custode carent. Haec qui consideraverit non dubitabit quin res ita sese habeat: cum in describendo codice Marciano ad lacunam librarius venisset reliqua quaternionis *κϛ* parte 3½ paginarum vacua relicta, quae post lacunam sequebantur in novo quaternione describere coepit. Postea autem ex L lacunam explere voluit; cui sarciendae cum 3 paginae et dimidia non sufficerent alia sex folia inseruit. Cum autem ad horum sex foliorum ultimam paginam mediam (fol. 206ᵛ) pervenisset nihilque damno iam toto reparato describendum superesset, alteram huius paginae partem puram relinquere coactus est. Haec autem pagina ex dimidia parte vacua, quae lacunam indicare videtur, cum revera nihil amplius desideretur, in ceteris codicibus praeter Vesontinum repetita est, quod certum argumentum est et indubitatum ex Laurentiano b eos derivatos esse omnes.

At Laurentiano codice deficiente iam ad Marciani lacunas explendas alio remedio opus erat. Quod Dionis epitomator Xiphilinus subministravit. Ubicunque enim post librum 54 in Marciano aut folia quaedam aut quaterniones desunt, ex epitomatore damnum refectum est.

Hodie duo folia quaternionis *λγ* nobis servata sunt, quae cum olim casu quodam in alium locum translata essent (Vesontinus quoque codex, quem ex Marciano descriptum esse post videbimus, his caret) etiam librarium Laurentiani b defecerunt. Itaque omnem lacunam ex Xiphilino supplevit. Ultima verba Marciani f. 175ᵛ haec sunt (L. 55, 9, 3): *ἐπειδή τε καὶ ὡς ἐνέκειντό οἱ* (Augusto),

Libri superstites. Codex L b

τότε ἔφη χρῆναί τινα τὴν ἀρχὴν ταύτην λαμβάνειν, ὅταν μήτε τι αὐτὸς ἁμαρτάνειν καὶ ταῖς τοῦ δήμου σπουδαῖς ἀνθίστασθαι δύνηται. καὶ μετὰ τοῦθ᾽ ἱερωσύνην μέν τινα αὐτῷ (C. Caesari Augusti filio adoptivo) *καὶ τὴν ἐς τὸ συνέδριον συμφοίτησιν τό τε συνθεᾶσθαι καὶ τὸ συνεστιᾶσθαι τῇ βουλῇ ἔδωκε. βουληθεὶς δὲ δὴ τρόπον* | . . . . Eadem mediis tantum omissis apud Xiphilinum leguntur, qui pergit (*βουληθεὶς δὲ δὴ*) *μᾶλλον αὐτοὺς σωφρονίσαι τῷ Τιβερίῳ τήν τε ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν ἐς πέντε ἔτη ἔνειμε καὶ τὴν Ἀρμενίαν ἀλλοτριουμένην προσῆξε κ. τ. λ.* In quibus *προσῆξε* Xiphilini est, qui etiam *μετὰ τὴν τοῦ Τιγράνου θάνατον* (Zon. 2 p. 447, 1 Dind.) omisit. Haec ipsa librarius L b ex Xiphilino transcripsit, nisi quod Marciani *τρόπον*, recte *τρόπον τινὰ* expletum, non neglexit, cumque in sequentibus ad verbum secutus est donec ea invenit quae in M rursus extarent. Transtulit igitur p. 100, 19—103, 28 Dind. *βουληθεὶς δὲ μᾶλλον* usque ad *ὕστερον δὲ ἐξεβιάσατο ὥστε ἐς γοῦν τὴν ἤπειρον αὐτὴν ἐκ τῆς νήσου κομισθῆναι.* Pergit Xiphilinus *τῷ δὲ Καίσαρι ἐπεβούλευσαν ἄλλοι τε καὶ Γναῖος Κορνήλιος κ. τ. λ.* quae etiam in M inveniuntur (Lib. 55 c. 14). Ibi vero his alia praecedunt c. 13, 2 sqq.: . . . . | *Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο καὶ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς* (exciderunt quaedam) *τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν ἐς δέκα ἔτη δοὺς κ. τ. λ.*, quae cum omnia noster omittere nollet, inepto vinculo *δέ γε* ad ultima Xiphilini verba *ἐκ τῆς νήσου κομισθῆναι* adnexuit: *τὸν δέ γε Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο κ. τ. λ.*

Eodem modo in secunda lacuna L. 55, c. 33 et 34 versatus est. Res anno 8 p. C. n. contra Pannonios Dalmatasque gestas narrante Dione in media sententia oratio abrumpitur: *οἱ Δελμάται καὶ οἱ Παννόνιοι — καὶ ὡς ἀντεῖχον. καὶ Σκενόβαρδός τέ τις προσποιησάμενος μεταστήσεσθαι, καὶ πέμψας κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο πρὸς Μάνιον Ἔννιον φρούραρχον Σισκίας ὡς ἕτοιμος μὲν ὢν αὐτομολῆσαι, δεδιὼς δὲ μὴ προπάθῃ* . . . Haec Scenobardi simulata traditio cum in Xiphilino non extaret Dionis verba ex eo continuare non potuit. At invenit apud eundem p. 114, 31 sq. Splauni (sive Sploni) oppidi expugnationem et Batonis ducis Dalmatici deditionem. Quae hoc loco a Dione narrata fuisse opinatus, abiecta iam omni Scenobardi mentione, statim adamato suo *δέ γε* adiunxit verbis ultimis, quae in Marciano integram sententiam efficerent: *οἱ Δελμάται καὶ οἱ Παννόνιοι — καὶ ὡς ἀντεῖχον. τοῦ δέ γε Γερμανικοῦ τοῦ υἱέος Δρούσου, ὡς εἴρηται, κατ᾽ αὐτῶν ἐστρατευμένου κ. τ. λ.* At fugit hominem haec neque facta esse hoc anno et, a Dione suo loco 56, 11, 1. 2 et 16, 1, 2 memoriae prodita, extare etiam in codice

Marciano. Cum tali imprudentia impudentiam coniungit nihilo minorem. Nam cum in describendo M, quem post lacunam rursus sequi coepit (inde a 55, 34, 2, neglectis verbis | *μέντοι καὶ ἐν — ἐρυθμεῖτο* § 1, quae in M praecedebant) ad eos ipsos quos dixi locos venisset (56 c. 11 et 16), errore suo animadverso priorem tacite totum omisit, verbis quae apud Dionem § 3 sequuntur *ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ Ῥαίτινον ἐλθόντες οἱ Ῥωμαῖοι οὐχ ὁμοίως ἀπήλλαξαν,* ne oratio hiaret, in hunc modum commutatis: *οἱ δέ γε μετὰ Γερμανικοῦ Ῥωμαῖοι ἐπὶ Ῥαίτινον τῆς Δαλματίας πάλιν ἐλθόντες οὐ καλῶς ἀπήλλαξαν.* Sed Batonis deditionem et liberam ad Tiberium vocem repetere maluit. Haec itaque bis in Lb inveniuntur, secundo vero loco ita reformata: *πάλιν δ᾽ ἐρωτηθεὶς . . . τοῦτ᾽ ἔφη ὅπερ καὶ πρότερον ὅτι ὑμεῖς κ. τ. λ.* ubi M *καὶ τέλος ἐρωτηθεὶς . . . ἔφη ὅτι κ. τ. λ.*[1])

Plane eandem medicinam in ceteris lacunis resarciendis adhibuit, ubi nihil in Xiphilino inveniebat satis habens verba ante et post lacunam truncata tota omisisse. Quod quos errores pepererit uno alterove exemplo monstrare iuvat. Lib. 56, 22, 2 ubi Marcianus haec habet (de clade Variana sermo est): *ἐκόμιζέ τε οὖν ἀδεῶς πᾶς καὶ ἀνὴρ καὶ ἵππος καὶ τά τε* |. . . deest folium . . . | *τὸ μὲν πρῶτον — τὸ ψῦχος ἀνακαλούντων. κἂν πάντες ἀπώλοντο ἢ καὶ ἑάλωσαν κ. τ. λ.*, ille nos docet *equos* quoque paene interiisse: *ἐκόμιζέ τε οὖν ἀδεῶς πᾶς καὶ ἀνὴρ καὶ ἵππος· κἂν πάντες ἀπώλοντο κ. τ. λ.* Quae in Marciano perierunt ex parte servavit Zonaras 10 p. 452, 12—20 Dind. L. 56, 24, 5 ultima verba folii 198ᵛ *τούτου τε οὖν ἕνεκα καὶ ὅτι καὶ* . . . omisit; pro eis quae in summo folio 199ʳ leguntur: . . . . *μετὰ τὴν στρατηγίαν ἔχων. τῷ δὲ δευτέρῳ τά τε ἄλλα τὰ προειρημένα ἐγένετο καὶ τὸ Ὁμονόειον ὑπὸ τοῦ Τιβερίου καθιερώθη* haec substituit: *καὶ ταῦτα μὲν οὕτω τότε* (i. e. anno 10) *συνέβη. τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει* (anno igitur 11) *τό τε Ὁμονόειον ὑπὸ τοῦ Τιβερίου καθιερώθη.* At Concordiae Augustae templum a. d. XVII Kal. Febr. anni 10 dedicatum est ut docent Fasti Praenestini ad hunc diem C. I. L. I² p. 231. 308, et ipse Dio, qui post pauca demum (c. 25, 2) res anno 11 gestas narrare incipit: *Μάρκου δὲ Αἰμιλίου μετὰ Στατιλίου Ταύρου ὑπατεύσαντος κ. τ. λ.*

Sed in re manifesta exempla cumulare quid attinet? Hoc tantum moneo damnum folii unius post *καίτοι τὰς* 56, 32, 1 a Xiphi-

1) Hoc iam vidit Arnoldus Hug, *Observationes criticae in Cassium Dionem,* Bonnae 1855 p. 25—28, unde rectissime conclusit *a codice Veneto omnes codices quotquot hos posteriores quidem libros continent promanasse,* p. 28. — Idem iam senserat Niebuhr, *Röm. Gesch.* 3 adn. 97.

Libri superstites. Codex Lb

lino maximam quidem partem neque tamen totum reparatum esse. Quae desiderantur apud Zonaram 10, 38 (p. 451, 27—455, 3 Dind.) extant, quod iam vidit Reimarus. Neque hoc praetermittendum, cum argumenta et tituli librorum 58 et 60 quaternionum aliquot amissione in Marciano inter 57, 17, 8 et 58, 7, 2 et inter 59, 25, 1 et 60, 2, 1 intercepta essent (cf. p. LXXI), inde factum esse ut in L b liber 57 cum 58 coniungeretur, ultimusque liber ex 59 et 60 conflatus fieret 58.

Superest ut dicam de capitibus 17—28 libri 60, ex quibus nunc quidem in Marciano (foliis 250 et 251) supersunt tantum c. 20, 2—22, 2 et c. 26, 2—28, 3. Certum tamen est L b quae habet c. 17, 7—20, 2 et c. 22, 2—26, 2 ex Xiphilino non hausisse qui p. 177, 30—178, 18 et p. 178, 24—179, 8 in brevius haec contraxerit. Imo cum quae his capitibus contineantur ad amussim priora folio uni, posteriora duobus codicis Marciani respondeant[1]) neque quicquam in iis inveniatur quod non prorsus Dioneum sit, his tribus foliis Marcianum quo tempore L b ex eo descriptus est nondum caruisse manifestum est.

Talem igitur cum se L b librarius in lacunis ex Xiphilino explendis praestiterit, in vitiis corrigendis eum pari audacia et levitate usum esse non mirabimur. Quarum infelicissimarum lectionum Dindorfius in praefatione tantam copiam congessit, ut alias insuper addere vix opus sit, nec tamen hoc monere omittam eiusdem hominis futilitati et corrigendi prurigini ea deberi quae sine ulla causa, interdum etiam cum gravi sententiae detrimento in L b mutata inveniuntur. Cuius rei statim libri 42 initio conspicua sunt exempla. Capite 1, 2 ubi Dio *τότε δὲ πολλῷ τοῦ Καίσαρος περισχήσειν ἐλπίσας* (*ὁ Πομπήιος*) *οὐδὲν προείδετο*, hic *ἐλπίσας* mutavit in *δοκῶν*; post pauca § 3 pro *τρῖψαί τε δυνηθεὶς ἂν τὰ πράγματα* absurdum *πέψαι* substituit (quod in reliquis codicibus in *πέμψαι* corruptum est). Non placuit ultimum vocabulum c. 2, 1 *διὰ μὲν δὴ ταῦτα καὶ ὁ Πομπήιος — καὶ γυμνὸς καὶ ἄφρακτος εὑρέθη*, reposuit *ἐγένετο*, et eodem modo c. 10, 2 *παραυτίκα* pro *παραχρῆμα* quod prorsus idem significat. L. 44, 4, 3 verba *ἐπὶ κέλητα* (leviter depravatum ex *ἐπὶ κέλητος*) quae non intellegebat, correxit scilicet in *ἐπίκλησιν* vocabulum bene Graecum sed ab hoc loco

1) c. 17, 8—20, 2 = 70 versus + 19 litterae ed. Dind.
c. 22, 2—26, 2 = 142 versus „ „
f. 249 cod. M = 71 versus + 34 litterae „ „
f. 250 „ „ = 69 versus + 37 litterae „ „

alienum. Ultimo mihi exemplo sint verba 42, 30, 1 *ὁ μηπώποτε πρὸς ἱππάρχου γεγονέναι* (narrat Dio Antonium magistrum equitum L. Caesarem urbi praefecisse) corrupta in *ὁ μηπώποτε τῆς ἱππάρχου ἐξουσία ποιεῖν ἦν.* Libri superstites. Codex L b

Haec qui perpenderit, quibus sescenta alia addi possunt, ei mirum iam non accidet verba Dionis interdum a librario ita esse mutata ut aut idem, quod antea, sed minus eleganter, aut, quod haud raro factum est, plane aliud quid enuntient. Id quoque uno alterove exemplo probare iuvat. Cum de Caelio, noto Ciceronis amico, Dio 42, 22, 1 dixisset: *ὁ δὲ δὴ Καίλιος ὁ Μᾶρκος καὶ ἀπώλετο τολμήσας τὰ περὶ τῶν δανεισμάτων ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ὁρισθέντα — λῦσαι καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Καμπανίαν ἐκταράξας*, et addidisset *οὗτος γὰρ ἔπραξε μὲν ἀνὰ πρώτους τὰ τοῦ Καίσαρος, διὸ καὶ στρατηγὸς ἀπεδείχθη*, pro his, quae ei aperte cum superioribus pugnare videbantur, substituit *οὗτος γὰρ ἀντέπραξε πρῶτος τοῖς τοῦ Καίσαρος*, oblitus hanc suam bellam emendationem sequentibus statim redargui. De honoribus imperatori Claudio ex Britannica expeditione reduci a senatu decretis Dio ita refert 60, 22, 1: *πανήγυρίν τε ἐτησίαν καὶ ἁψῖδας τροπαιοφόρους τὴν μὲν ἐν τῇ πόλει τὴν δὲ ἐν τῇ Γαλατίᾳ — γενέσθαι ἐψηφίσαντο.* quod elegantius ille in hunc modum exprimere sibi visus est: *καὶ ἁψῖδα τροπαιοφόρον ἐν τῇ πόλει καὶ ἑτέραν ἐν τῇ Γαλατίᾳ — γενέσθαι ἐψηφίσαντο.* L. 50, 35 legimus Caesarianos in naves Antonii flammis ardentes transiluisse ignemque exstinguere conatos esse, ut praedam sibi servarent, *κἀκ τούτου,* pergit, *συχνοὶ καὶ ἐκείνων καὶ ὑπὸ τῆς φλογὸς καὶ ὑπὸ τῶν ἁρπαγῶν ἀπώλοντο.* Quid hoc homine facias qui his addat: *καὶ ὑπὸ τῶν ἁρπάγων* (in *ἀρμένων* ulterius corruptum in Vat. 993 et Ven. 396) *αὐταῖς τελέως ναυσὶ συναπώλοντο.*

Sed iam satis exemplorum, quibus incredibilis eius audacia demonstratur. Interdum autem aut casu aut fortasse etiam ex ingenio (nam graeci sermonis eum non ignarum fuisse apparet) verum eum vidisse atque inveniri in L b lectiones aliquot bonas, quae in L (et V) et M desiderantur, non est quod miremur. Sunt enim fere ita comparatae, ut a quovis reperiri possent, neque hoc argumento usus quispiam contendat eum praeterea alium codicem nescio quem adhibuisse.

Ex eo efficitur L b, excepta illa tantula parte, quam in archetypo pessumdatam ille nobis servavit (lib. 60, c. 17, 7—20, 2 et c. 22, 2—26, 2) plane esse abiciendum, nisi quod etiam lib. 52 c. 5, 2—20, 4, quae

Libri superstites. Codex L b

deficiente Marciano ex Laurentiano hausit, ad corrigendas vitiosas lectiones in altero Laurentiani apographo, Vaticano, (nam Laurentianus, ut dixi, ipse hodie ultra librum 50, 8 non progreditur) non sine fructu adhibitus est.[1])

Hunc autem L b ceterorum codicum deteriorum archetypum esse invicto illo argumento, quod supra (p. LXXVII) attuli, demonstratum est.[2]) Quare de his breviter tantum erit agendum.

Codex Parisinus n. 1689 (P), chartaceus est saec. XV, formae maximae, foliorum 218. Continet libros 36—58 (= 60; 57 + 58 = 57, 59 + 60 = 58).

f. 1. incipit: *ἱστοριῶν* (litt. rubr.)
καὶ ὅτι ἰσχυρᾶ τῇ τύχῃ κ. τ. λ. (36, 1, 1).

Codex Marcianus sive Venetus n. 396, membranaceus saec. XV, formae maximae, foliorum 166, scriptus litteris minutis. Continet libros 36—58 (= 60; 57 + 58 = 57, 59 + 60 = 58).

Folio primo (praecedunt textui quattuor folia pura):
loc' 60
dionis romanarum historiarum a 36 usque ad 58; b car. tusculani
το ξο' δίωνος ῥωμαικῆς ἱστορίας ἀπὸ τοῦ λς μέχρι τοῦ νη βησσαρίωνος καρδηνάλεως τοῦ τουσκλανοῦ.

Incipit: *καὶ ὅτι ἰσχυρᾶ τῇ τύχῃ κ. τ. λ.*
subscriptio: *τέλος*
ὁ τὰ πάντα πληρῶν θς ἡμῶν ἐλέησον ἡμᾶς.

Codex Vaticanus n. 993, chartaceus saec. XV, formae quadratae, foliorum 534. Continet libros 36—58 (= 60; 57 + 58 = 57, 59 + 60 = 58).

F. 1 incipit: *καὶ ὅτι ἰσχυρᾶ τῇ τύχῃ κ. τ. λ.*
Subscriptio: *ὁ τὰ πάντα πληρῶν θς ἡμῶν ἐλέησον ἡμᾶς : —*

1)

	L b	Vat.		L b	Vat.
7, 3	*δόξεις*	*δόξης*	12, 3	*αὐτὸ χάριν*	*αὐτῷ χάριν*
8, 7	*ἀγενὴς*	*ἀγεννὴς*	15, 1	*οἰηθῆς*	*οἰηθεὶς*
	πιθαρχήσειεν	*πιθάρχησεν*	17, 3	*ποιῆσαι ἐθελήσας*	*ποιήσας*
9, 2	*ἐκείνως*	*ἐκεῖνος*	18, 6	*ἀπαρτᾶν*	*ἀπαντᾶν*

2) Vix opus est ut addam omnia, quae codicis L b propria sunt, lacunas ex Xiphilino utcumque expletas, multa illa tam temere mutata tamque stolide corrupta et interpolata, quattuor libros ultimos in duos coniunctos, in his codicibus redire. Insuper, ut fit, quae in L b sana sunt ulterius corrumpunt, omittunt haud pauca praesertim versus integros.

Hunc codicem a Veneto 396 esse descriptum ex innumeris indiciis patet. superstites. codd. deter.

Codex Escurialensis Y-I-4, chartaceus saec. XV/XVI, formae quadratae, foliorum 515, olim Pacii, post Hurtadi de Mendoza. Continet libros 37—58 (= 60; 57 + 58 = 57, 59 + 60 = 58).

Librum ipse non vidi. Cf. Miller, *Catalogue des manuscrits grecs de l'Escurial* p. 261 sq. et Graux, *Essai sur les origines du fonds grec de l'Escurial* p. 258 sq. 401. 468.

Codex Taurinensis n. 76, chartaceus, saec. XVI, foliorum 397. Continet libros 37—58 (= 60; 57 + 58 = 57, 59 + 60 = 58).

Librum ipse non vidi; arcte cum cod. Escurialensi cohaerere videtur.

Hi codices omnes a libro 36 initium faciunt[1], at codex L b a libro demum 42 incipit: priores igitur libros 36(37)—41 eos aliunde habere apparet. P(arisinum 1689)[2] autem hanc partem ex L descriptam habere eis lacunis liquido demonstratur quae folio abscisso in L ortae (cf. p. LXIII sq. et LXII, 1), in eo quoque reperiuntur.[3]

Adhiberi igitur potest P ad V(aticani) fidem exigendam in capitibus 1—17 libri 36, quibus L hodie caret.[4]

---

1) Escurialensis et Taurinensis, omisso libro 36 ἀκεφάλῳ, a libro 37.

2) Nam a Parisino n. 1689 derivatos esse Venetum 396 (unde descriptus est Vaticanus n. 993) et Escurialensem Taurinensemque qui hoc aget facile, ni fallor, agnoscet. Cum vero fere nihil referat scire uter ex utro fluxerit, in hanc rem non ulterius inquisivi.

3) Parisini priorem partem ex L fluxisse (nec vero ex V vel Parisino 1690, L(aurentiani) apographis, quod cuipiam in mentem venire possit) inde patet quod omissiones lectionesque, quas soli habent Vaticanus et Parisinus 1690, in Parisino 1689 non extant.

Huius anni 1895 initio apud Parisios paucos dies commoratus cum hanc cod. P partem conferre vellem certior factus sum eum Augustam Vindelicorum missum esse. Quare post tres fere menses rogavi ut Groningam mihi transmitteretur. Interim, nam iam tempus instabat, e Roberti Stephani editione (quem ex hoc Parisino libro Dionem primum edidisse constat) varias eius lectiones eruere conatus sum. Postquam liber 36 iam prelum subiit, codex advenit. Vidi aliter legi atque ex Roberti Stephani editione collegeram his locis:

p. 360, 4 ἐλάττω] ἐλάττων P
„ 362, 9 *ἐγκατελείπετο] ἐγκατελέλειπτο P
„ „ 16 δὲ] δὴ P
„ 363, 3 *ἐγκαταληφθέντας] P (ut V)
„ „ 6 *αὖ τῷ] αὐτῷ P (circumfl. a m.^{2}?)
„ „ 16 *οἰκείαν exhibet P
„ „ 32 *προσκοπὴν exhibet P

Libri superstites. Codex Vesontinus

Superest ut de

Codice Vesontino Z n. 68, 80

paucis disputem; huius enim libri, Vesontione in bibliotheca publica servati, singularis est conditio.

Chartaceus est, saec. XV [1]), formae maximae, foliorum 352, a duabus manibus exaratus (f. 1—288 ab una, ab altera f. 289—352). Continet libros 36 - 58 (= 60; 57 + 58 = 57, 59 + 60 = 58).

Prioris partis quaterniones (etiam ternionibus hic illic scriba usus est; sunt autem 37) litteris graecis signantur, posteriores et numeris arabicis notantur et litteris graecis, ita tamen ut nova series incipiat:

37	f. 281—288	signatur	λζ
38	f. 289—296	„	α et 1
39	f. 297—304	„	β et 2
40	f. 305—312	„	γ et 3
41	f. 313—320	„	δ et 4 (litt. δ tantum superest, ceterae partim aut totae interierunt).

p. 364, 2 *καὶ om. — post ἔργου spat. circiter 24 litt.
„ „ 3 *altera lacuna exstat in P circiter 15 litt.
„ „ 13 κομμαγηνῶν P
„ „ 24 *τὸ ταυρικὸν βρέτας P, signis tamen additis quibus indicatur βρέτας praecedere debere.
„ 365, 5 *προκαλούμενος exhibet P
„ „ 7 τοῦ στρατοῦ] τοὺς στρατηγοὺς P
„ „ 9 κρατήσῃ] κρατήσειν P
„ „ 18 προσπεσόντες] πεσόντες P
„ „ 33 ἐκεῖνα exhibet P
„ 366, 2 μέντοι] μέντι P
„ „ 8 *νισίβι] νισίβει P, etiam p. 367, 25
„ „ 24 ἀκολουθῆσαν] ἀκολουθῆ P
„ 367, 3 ἐγκατέλιπον] κατέλιπον P.

Lectiones, quibus asteriscum appinxi, alicuius momenti sunt.

1) *En date de 28 Pluviose an 8 de la République Française* bibliothecarius Vesontinus *Coste* haec f. 3 adnotavit: „*Ex Bibliotheca Ioannis Baptistae Boisot Vesontini, Prioris de Grandecour et de La Loye. — Ce manuscrit provient originairement de la bibliothèque de Matthias Corvinus, roi de Hongrie et de Bohème.*“ Cui testimonio fidem denegat Hase: „*les manuscrits provenant de la collection de Bude . . . . se reconnaissent facilement par la couronne Royale painte en or sur le premier feuillet. Rien de semblable ne se voit dans le manuscrit de Besançon, qui cependant, sans avoir appartenu a Matthias Corvin, peut être venu de la Hongrie ou de l'Autriche, au temps où la Franche-Comté faisait partie des Etats des Empereurs Maximilien Ier et Charles-Quint.*“ Vide quoque Müntz et Fabre, *La Bibliothèque du Vatican au XVeme siècle* p. V.

Libri superstites. Codex Vesontinus.

Prior codicis pars (f. 1—288) continet libros 36—56 (c. 13, 3 *μέχρις οὗ ὁ Βάτων ἀπογνοὺς τὴν ἐπικράτησιν, τά τε γὰρ ἄλλα*), quorum libri 45—56, 13, 3 ex M descripti sunt, quo tempore bibliopegi incuria perperam colligatus erat. Vidimus enim supra (cf. p. LXXII sq.) tunc folia 81—88 (quibus continentur lib. 49 c. 2, 2—22, 1) inter folia 72 et 73 (f. 73[r] incipit a verbis *πενθοῦντι συνελυποῦντο* 48, 37, 8) interiecta fuisse. Ea autem ipsa capita in Vesontino in mediam paragraphum 8 libri 48, 37 translata sunt. Praeterea toti quaterniones $\overline{ιγ}$ (46 c. 23, 2—43, 2) et $\overline{κς}$ (52 c. 5, 2—20, 4) et $\overline{λγ}$ (cuius reliquiae sunt 55 c. 10, 2—15 et c. 10 a, 1—11, 2)[1]), atque ex quaternione $\overline{λδ}$ folia quattuor (lacuna est libro 55 inter c. 33 et 34) eo tempore interierant: haec omnia Vesontino desunt.[2])

Marcianum usque ad f. 194 secutus scriba cum animadvertisset mox omnia in eo esse turbata (inde a f. 198: 56, 22, 2, cf. p. LXXIII et notam marginalem *μέχρι τῶδε γράφε* ibid. adn. 4) scribendi finem fecit ultimo quaternionis sui 37 folio (f. 288[v]) in verbis illis modo laudatis 56, 13, 3.

Libros autem 36—44, quibus Marcianus caret, non ex L (vel V aut Parisino 1690) Vesontinus habet, verum ex codice aliquo alterius familiae deterioris. Testis est locus libri 44, ubi in his codicibus ita legitur c. 53, 3: *κἀκ τούτου συχνὰ μὲν αὐτόθεν ἥρπασε, συχνὰ δὲ ἠργυρολόγησε παρ' ἰδιωτῶν τε καὶ δήμων καὶ τῶν βασιλέων, τοῖς μὲν χώραν κ. τ. λ.*, in Veneto: *κἀκ τούτου συχνὰ μὲν αὐτόθεν ἥρπασε, συχνὰ δὲ καὶ παρ' ἰδιωτῶν τῶν τε δήμων καὶ τῶν βασιλέων ἠργυρολόγησε, τοῖς μὲν χώραν κ. τ. λ.*

Haec in Vesontino libro in hunc modum scripta sunt:

f. 144[v] lin. ult.
m.[1] *αὐτὰ ποιῶν κἀκ τούτου συχνὰ μὲν αὐτόθεν ἥρπασε συχνὰ δὲ [ἠργυρολόγη*
m.[2] καὶ παρ' ἰδιωτῶν τῶν τε δήμων καὶ τῶν βασιλέων ἠργυρολόγησε
f. 145[r] lin. prim.
m.[1] *σε παρ' ἰδιωτῶν τε καὶ δήμων καὶ τῶν βασιλέων] τοῖς μὲν χώραν κ. τ. λ.*
Verba cancellis saepta induxit man.[2]

Patet priorem lectionem ex codice secundae classis esse derivatam, correctorem adhibuisse Marcianum.[3])

1) Cf. p. LXX et LXXIII adn. 2.


2) Quaterniones hos deesse scriba non viderat. Libro 52, 5, 2 novum verbum et inauditum procudit *καθ' ἡματι* coniunctis scilicet litteris *καθ' ἑ*, quae in M extremo folio 8 quaternionis $\overline{κε}$ de vocabulis *καθ' ἑαυτοὺς* supererant cum verbi *φρονήματι* litteris posterioribus, a quibus incipit quat. $\overline{κζ}$.

3) Hunc locum ideo attuli, ut appareret inde a libro demum 45 in Veson-

Libri superstites. codicum stemma

In parte posteriore quoque inde a f. 289 (56, 13, 3 usque ad finem) codex secundae familiae, Xiphilini ope expletae, adhibitus est. Eum Venetum 396 fuisse ex subscriptione in utroque communi veri simillimum est.[1])

Ad finem iam hac disputatione perducta hoc solum restat, ut codicum stemma proponam:



Quo stemmate manifestum fit textum Dionis niti solis L et M codicibus. L(aurentiani) autem vicem agunt V et P libro 36 c. 1—17 (cf. p. LXII. LXXXIII), V unus in libris 50—54 (p. LXVI), nisi quod libro 52 c. 5—20 etiam L b in partes est vocandus (cf. p. LXXVI sq.). M libro 60 c. 17, 7—20, 2 et c. 22, 3—26, 2 ab L b suppletur (cf. p. LXXX).

Itaque adhibendi sunt:

VP	36, 1, 1 — 36, 17, 3
L	36, 18, 1 — 44, 35, 4
LM	44, 35, 4 — 46, 23, 2
L	46, 23, 2 — 46, 43, 2
LM	46, 43, 2 — 48, 41, 7

tino incipere Marcianum. Id nosse propterea alicuius momenti est, quod Marcianus liber quo tempore ab eo Vesontinus descriptus est, uno quaternione auctior erat quam hodie est (p. LXXIII). Ergo si simul ac potuit Marcianum scriba Vesontini secutus esset, hac parte Vesontinus nobis Marciani loco foret. — In Vesontino capita quoque 35—37 libri 44 contuli:

c. 35, 2 ἐπιτρόπους τε L — ἐπιτρόπους L b Ves.
„ „ 3 ἄλλοις τέ τινας L — ἄλλοις L b Ves.
„ 36, 5 ἔπαινον αὐτῶν LM — ἔπαινον L b Ves.
„ 37, 2 φύντες LM — ὄντες L b Ves. (cuius corr. in marg. φῦντες).

Numquam non cum L b stat contra L et inde a c. 35, 4 (ubi incipit M) contra LM.

1) De Vaticano 993, Veneti 396 apographo, non cogitandum videtur.

2) Vesontinus utrum etiam in libris 36—44 Venetum 396 secutus sit an alium librum, nec scio nec scire curo, sed illud verisimilius.

Libri superstites

M	48, 41, 7 — 48, 44, 3
LM	48, 44, 3 — 49, 39, 5
M	49, 39, 5 — 49, 42, 3
LM	49, 42, 3 — 50, 6, 2
VM	50, 6, 2 — 51, 23, 5
M	51, 23, 5 — 51, 26, 1
VM	51, 26, 1 — 52, 5, 2
VLb	52, 5, 2 — 52, 20, 4
VM	52, 20, 4 — 54, 7, 6
M	54, 7, 6 — 54, 19, 4
VM	54, 19, 4 — 54, 23, 3
M	54, 23, 3 — 54, 24, 7
VM	54, 24, 7 — 54, 36, 4
M	55, 1, 1 — 60, 17, 7
Lb	60, 17, 7 — 60, 20, 2
M	60, 20, 2 — 60, 22, 2
Lb	60, 22, 3 — 60, 26, 2
M	60, 26, 2 — 60, 28, 3

Laurentianus et Marcianus libri adeo vel in minutissimis rebus conspirant, ut ab uno eodemque exemplari eos esse derivatos certum sit.[1]) Hoc autem exemplar duobus potissimum mendorum generibus laborabat: unum ex uncialibus litteris ortum quae oculos librariorum fefellerant, alterum inde natum quod pergamena multis locis vermibus tineisque vel quavis alia de causa perforata et corrosa erat.

Utriusque generis exempla quaedam promere iuvat:

1. 36, 38, 1 ΑΝΑΛΙ*σκομένων* pro ΑΛΙ*σκομένων* per dittographiam
36, 48, 1 *τὴ*ΝΜΑΝΑ*ῖτιν* pro *τὴ*ΝΑΝΑ*ῖτιν* per dittographiam
36, 53, 5 *τῆ*ΙΤ*αναΐτιδι* pro *τῆ*Ι*ἀναΐτιδι* per dittographiam
39, 1, 3 *συνωμόσαν*ΤΑΔΡΑΝ pro *συνώμοσαν*ΓΑΛΒΑΝ
39, 10, 2 ЄΠЄΙЄΠЄΓ*ραψεν* pro ЄΠЄΓ*γραψεν* per dittographiam
39, 15, 1 ΛΑ*βανῷ* pro ΑΛ*βανῷ*
39, 45, 1 *ὥσ*ΤΑΠΑΝ*το*Τ*ε* pro *ὥσ*ΤΑΓΑΠΑΝΑΝ*τό*Γ*ε* per haplographiam
39, 59, 1 *αὐτα*ΙΓ*ελος* pro *αὐτά*ΓΓ*ελος*

1) Lacuna 48, 4, 3 in utroque exstat: in L spatium 2⁷/₈ versuum litteris vacat, in M spatium 2⁹/₁₀ versuum. addito *ζη*$^{\tau}$. Itidem 49. 18, 4 in L spatium est 18/20 litterarum, addito ∾, in M 34 litterarum addito *ζη*$^{\tau}$.

Libri superstites. archetypum

40, 6, 1 *τὰὐ*ΠΕ*ναντί*ΑΔ*ιδόναι* pro *ταύ*ΤΗ*νἀντι*Δ*ιδόναι* partim per dittographiam

40, 12, 2 *τα*Λ*υμενο*CΕ*ιλακης* pro *ταχὺμὲνό*C*ιλάκης* partim per dittographiam

quibus addam

46, 3, 3 *συναίρε*IN pro *συναίρε*TAI, nam hoc cum Reiskio reponendum est, et

49, 43, 6 *λουκίουτοῦ*ΑΛΛ*ου* pro *λουκίουτού*ΛΛ*ου*, ut emendatum oportuit.

Nec mirandum huius generis corruptelas in fragmentis priorum librorum quoque deprehendi veluti

fr. 57, 82 Ε*φ᾽ῶν* pro C*φῶν*, quod a me restitutum est, et

fr. 72, 1 *διά*Γ*ου*CINM*άλιστα* pro *διαιου*OTIM*άλιστα*, ut praeclare coniecit Reimarus

2. Quod ad alterum mendorum genus attinet, quicumque vel obiter textum Dionis inspexerit, hunc interdum scatere lacunis plerumque paucarum tantum litterarum videbit. Quas omnes librariorum incuriae tribuere vix audeas, cum praesertim ipsis illis locis non desint indicia, quibus cognoscatur, quam diligenter munere suo functi sint. Exemplo sit 39, 59—62, ubi brevi spatio (unius fere folii solitae magnitudinis) haec habes:

ὅ τ ι παρεβάνθη	pro	*ἄν τι παραβαθῇ*
δ α	„	*δ⟨ι⟩ὰ*
ὅ π ω ς	„	*ὅμως*
om.		*⟨ἐπ᾽⟩*
ἔπεισεν	„	*ἐπίεσεν*
διὸ	„	?
ἀνειπόντος	„	*ἀν⟨τ⟩ειπόντος*
τοιοῦτον	„	*τοιοῦτος*
om.		*⟨οἰκίαι⟩*
om.		*⟨ἐν⟩*
om.?		*⟨ταῖς⟩*
τέγναις	„	*τέγαις* vel *⟨σ⟩τεγνοῖς*
πολλοὶ	„	*πολλοῖ⟨ς⟩* vel *πολλαὶ*
ὁ	„	*ο⟨ἱ⟩*
om.		*⟨ἀλλ᾽⟩*
ἐπελθόντα	„	*ἐπ⟨αν⟩ελθόντα*
ποιῆσαι καὶ	„	*ἐποίησε καί⟨τοι⟩*
ἰ τ α λ ί α ς	„	*οἰκίας*

Quorum mendorum licet non omnium eadem origo fuerit, tamen vix dubium videtur quin ea certe quae diductis litteris scribuntur eo quo dixi modo orta sint. Praecipue attendas velim ad illud *δα* pro *διὰ* (*διά τε τὸ σπουδαρχῆσαι καὶ δα τὸ παρὰ γνώμην αὐτοῦ ἀποδειχθῆναι ὤν*) et *ὁ γὰρ Ῥωμαῖοι* pro *οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι,* quae non sunt scribae dormitantis sed eius, qui accuratissime id describit, quod ante oculos habet.

Libri superstites. archetypum

Ceterum inter archetypum litteris quadratis exaratum et nostros libros L et M interfuisse alium codicem, nisi alios dicere mavis, minusculis litteris scriptum et per se patet et probatur i. a. confusione litterarum *β* et *κ* (saepissime in vocabulo *Βελτική* pro *Κελτική*) aliisque indiciis. Quae praeter haec observanda videntur, pauca sunt. In re orthographica saepe peccatum esse, praesertim ex itacismo, quis miretur?[1] Glossae et interpolationes vix deprehenduntur. Vitia omnino eiusmodi sunt, qualia in eius aevi codicibus obviam esse solent.

DE EDITIONIBUS INTERPRETATIONIBUS SCRIPTISQUE DIONEM ILLUSTRANTIBUS.

(Editiones interpretationesque ex ordine temporum recensebo: editiones litteris cursivis diductis, interpretationes — sive in latinam sive in hodiernam linguam Dio versus est — litteris cursivis scripta sunt. Xiphilini editiones et versiones a margine magis recedunt.)

Zonarae *ἐπιτομὴ ἱστοριῶν* quater vel potius quinquiens in lucem prodiit:

Ioannis Zonarae Monachi . . . compendium Historiarum, in tres Tomos distinctum . . . opus praeclarum ac diu desideratum nunc vero . . . labore Hieronymi Wolfii *Graece ac Latine . . . in lucem editum. Basileae per Ioannem Oporinum,* 1557.

Ioannis Zonarae Annales ed. Carolus du Fresne, Dom. du Cange. *Parisiis* 1686/87 2 vol. (in *Corpore scriptorum historiae Byzantinae Parisino.*) Eadem editio repetita est Venetiis 1729.

Ioannis Zonarae Annales ex recensione Mauricii Pinderi, Bonnae 1841—1844 2 vol. (in *Corpore scriptorum historiae Byzantinae Bonnensi*), continet libros 1—12.

Ioannis Zonarae Epitome Historiarum cum Caroli Ducangii suisque annotationibus edidit Ludovicus Dindorfius. Lipsiae 1868—1875. — Ducangii notas ad Zonarae partem Dioneam habes p. 5—25 ed. Parisinae = p. 5—23 ed. Dind. (vol. 6).

1) Cf. luculentum exemplum 39, 27, 2, ubi perpulchre Reiskius *ἀφ' ἧς εἰ* restituit pro *σφίσι.*

Editiones Interpretationes

A. *Editiones et Interpretationes.*

1490 *Dionis Cassii Nicaei Nerva Cocceius, Traianus Nerva, Adrianus* et *conflagratio Vesaevi montis ex Dione* [p. 226—255 et p. 213 sq. ed. R. Steph.] Georgio Merula *Alexandrino interprete* in *Scriptoribus Historiae Augustae Latinis* editis primum per Ioannem Rubeum de Vercellis et postea saepius.

1510 *Philisci consolatoria ad Ciceronem e Graeco Dionis Cassii libro XXXVIII in Latinum versa a* Ioanne Aurispa. Parisiis 1510.

1526 *Di Dione Historico Greco delle Guerre Romane libri XXII tradotti in Toscano per* M. Nicolo Leoniceno *et nuovamente stampati in Venegia.* 1526 8°.[1]

1533 *Dione historico delle guerre et fatti de Romani, tradotto di Greco in lingua vulgare per* M. Nicolo Leoniceno. *Opera nuovamente venuta in luce ne piu in lingua alcuna stampata. Impresso in Vinegia per Nicolo d'Aristotile di Ferrara, detto Zopino, nell' anno di nostra salute MDXXXIII nel mese di Marzo.*

1542 iterum prodiit *nuovamente stampata Vinegia. MDXLII.*

Dion, historien grec, des faicts et gestes insignes des Romains, reduictz par Annalles et consulatz, commençant au consulat de Lucius Cotta et Lucius Torquatus . . . . jusques à la mort de Claude Néron. Premièrement traduict de grec en italien par messire Nicolas Leonicene, Ferrarois; et depuis de italien en vulgaire françois par Claude Deroziers *de Bourges en Berry. Avec les histoires à chaque livre convenables. — Nouvellement imprimé à Paris pour Arnoul et Charles les Angeliers frères, libraires* etc.

1548 *Τῶν Δίωνος Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν εἰκοσιτρία βιβλία. Dionis Romanarum historiarum libri XXIII, à XXXVI ad LVIII usque. — Ex bibliotheca Regia. Lutetiae, Ex officina* Rob. Stephani, *Typographi Regii, typis Regiis M·D·XLVIII.*

---

[1] De Leoniceni interpretatione egit Ioannes Maisel, *Observationes in Cassium Dionem*. Berolini 1888, qui quibusnam codicibus in vertendo Dione Leonicenus usus sit investigare conatus est. — Ad textum Dionis constituendum haec interpretatio utilitatem non habet.

Ex privilegio Regis. Editio princeps. Usus est codice Parisino n. 1689. Accedunt p. 474—498 *Castigationes in Dionem* ita exorsae: „*Cum unico exemplari, eóque valde mendoso usi essemus, de iis locis te admonere, quos adhibita coniectura, similiúmve locorum collatione emendatum iri speraremus, non incommodum fore putavimus: reliquos autem, in quibus apertiora menda haberentur, quàm ut ea probatione aliqua indigerent, seorsum annotare. Tu igitur Lector, pro tuo animi candore conatus nostros aequi boníque facito*“. Menda illa leviora reperiuntur p. 498 his praemissis: *Ne haec quidem menda, licet leviora, quòd te legentem remorari posse videbantur, praetermittenda duximus. Τῶν ἄλλων γραφικῶν σφαλμάτων ἐπανόρθωσις.* Editiones

Castigationes autem magnam partem non Roberto Stephano deberi sed Henrico filio patet ex huius praefatione ad editionem suam a. 1591.

Explicit: *Excudebat Robertus Stephanus Typographus Regius, Lutetiae Parisiorum, Anno M·D·XLVIII, Prid. Cal. Febr.*

1551 *Ἐκ τῶν Δίωνος τοῦ Νικαέως Ρωμαϊκῶν ἱστοριῶν, ἀπὸ Πομπηΐου Μάγνου μέχρις Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας, ἐπιτομὴ Ιωάννου Ξιφιλίνου. Dionis Nicaei Rerum Romanarum à Pompeio Magno ad Alexandrum Mamaeae, Epithome authore Ioanne Xiphilino. Ex bibliotheca Regia. Lutetiae, Ex officina* Roberti Stephani *typographi Regii, Regiis typis. M·D·LI. Cum privilegio Regis.* In fine adduntur *Variae Lectiones* et *Errata.* Editio princeps.

Dionis Nicaei rerum Romanarum a Pompeio Magno ad Alexandrum Mamaeae filium Epitome, Ioanne Xiphilino authore et Guillelmo Blanco *Albiensi interprete, ad Georgium Armeniacum, Cardinalem Ampliss.* Parisiis 1551.

1552 Roberti Stephani editio coniunctim cum Blanci interpretatione in lucem prodiit.

1558 *Dionis Cassii Nicaei, Romanae historiae libri (tot enim hodie extant) XXV. nimirum à XXXVI ad LXI.* [sic] *Quibus*

Editiones Interpretationes

(1558) *exponuntur res gestae à bello Cretico usque ad mortem Claudii Caesaris, quae est historia annorum circiter CXX. Nunc primùm summa fide diligentiaque de Graecis Latini facti,* Guilielmo Xylandro *Augustano interprete. His accesserunt eiusdem annotationes, in quibus autoris huius quamplurima aut restituuntur corrupta, aut explicantur obscura loca.*

Additum est Ioannis Xiphilini è Dione Compendium, Guil. Blanco Albiensi interprete: quae versio ab eodem Xylandro *diligenter est, ubi oportuit, castigata.*

Iidem libri Dionis ac Xiphilini seorsim Graecè quoque eduntur, accuratè ab eodem emendati.[1]) *Adhaec, rerum et verborum copiosissimus Index. Cum Caes. Maiest. gratia et privilegio ad decennium. Basileae, apud Ioannem Oporinum.*

Explicit: *Basileae, ex officina Ioannis Oporini, anno salutis humanae M·D·LVIII. Mense Martio.*

P. 621—676 habes adnotationes eius in Dionem et Xiphilinum, quibus addita est *genealogiae Caesarum à Iulio usque ad Neronem, brevis delineatio* (p. 669 sq.). Sequitur Index.

Xylander Dionem, R. Stephani editione usus, universum si spectas, bene vertit, quamquam haud pauca postea ab Henrico Stephano, Leunclavio, Reimaro aut correctius aut elegantius reddita sunt; corruptelas permultas rectissimo iudicio sanavit. Cumque praeterea libros 57—60, in duos adhuc contractos, diviserit in quattuor, indicemque rerum primus adiecerit, bene de Dione meruisse putandus est. Id tanto maiori ei laudi vertendum est, quod viginti tantum et quinque annos natus intra septem menses, impellente dura paupertate, editionem hanc absolvit. Suo iure in elegia in Dionem de se potuit praedicare:

Quod fieri studio, cura, assiduoque labore
Sollicita fieri quod potuitque fide:
Temporis angusti spacium quod pertulit, et quod
Hac fieri potuit conditione mea:
Fecimus.

1559 *Interpretatio Xylandri Lugduni apud Gulielmum Rovillium sub scuto Veneto* prodiit.

1562 *Epitome della Historia Romana di Dione Niceo di XXV Imper. Romani, da Pompeio magno fino ad*

1) Quod numquam factum est.

(1562) *Alessandro figliuolo di Mammea, tradotto per* M. Francesco Baldelli, *allo Illustriss. et Reverendiss. Monsignore, il Signor Cardinale da Este, con Privilegii, in Venegia appresso Gabriel Giolito de Ferrari.* Editiones Interpretationes

1563/5 *Interpretatio italica* Francisci Baldellii Venetiis edita.

1568 Henricus Stephanus *Varios historiae Romanae scriptores Graecos et Latinos* edidit, inter quos *Xiphilinum* Graece et Latine, cui subiunxit *Emendationes quorundam Epitomes Xiphilini locorum* p. 610 sqq.

1582 *Excerpta Ursiniana* prodierunt, cf. p. XXXIV.

1584 *Interpretationis italicae* Francisci Baldellii altera editio.

1588 *Interpretatio francogallica* A. Canquii Parisiis edita.[1])

1590 Fridericus Sylburgius *Xiphilinum* Graece et Latine edidit inter *Romanae historiae Scriptores graecos minores,* Francofurti apud Wechelii heredes, vol. 3 p. 137—452. Addidit *in Dionis Epitomen Xiphilinianam notationes p.* 917—944 et *Indicem graecum.*

1591 *Τῶν Δίωνος τοῦ Κασσίου Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν βιβλία πέντε καὶ εἴκοσι. Dionis Cassii Romanarum Historiarum libri XXV, ex Guilielmi Xylandri interpretatione. Excudebat* Henricus Stephanus *Anno M·D·XCI.* In praefatione coniecturas nonnullas protulit, complura sed leviora fere tacite in textu correxit.

1592 *Dionis Cassii Cocceiani Historiae Romanae libri XLVI partim integri, partim mutili, partim excerpti:* Ioannis Leunclavii *studio tam aucti quam expoliti. Fragmenta priorum XXXIV amissorum, et posteriorum XX librorum. Notae Leunclavii quibus Dionia plurima restituuntur. Adiectus Index copiosissimus. Francofurti apud Wechelii heredes, Claudium Marnium et Ioann. Aubrium.*

1592 *Ἐκ τῶν Δίωνος ἐκλογαὶ Ἰωάννου τοῦ Ξιφιλινοῦ. E Dione Excerptae Historiae*

1) Huius libri notitiam habeo ex Catalogo librorum die 29 m. Apr. anni 1895 divenditorum ab *I. M. Heberle* (*G. Lempertz' Söhne*) Coloniae Agrippinae p. 122: (Cassii Dionis) *vie des 26 empereurs, abbr. p. Xiphilin, franç. p. A. Canque Par. 1588.*

Editiones Interpretationes

(1592) *ab Ioanne Xiphilino. Ex interpretatione Guilielmi Blanci, a Guilielmo Xylandro recognita.* Henrici Stephani *in Ioannem Xiphilinum post duos egregios messores Spicilegium. Excudebet* Henricus Stephanus *Anno M·D·XCII.*

1606 Editio Graeco-latina Leunclavii. *Τῶν Δίωνος τοῦ Κασσίου τοῦ Κοκκηιανοῦ Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν τὰ εὑρισκόμενα.* — (sequitur titulus Latinus, ut supra). *Accedunt et R. Stephani, G. Xylandri, Fr. Sylburgii, H. Stephani, F. Ursini, Notae, quibus Dioni infinitis locis qua lux, qua medela, simul accedit. Adiectus Index copiosissimus. Hanoviae. Typis Wechelianis, apud Claudium Marnium, et haeredes Ioan. Aubrii. MDCVI. Cum Sac. Caesareae Maiest. Privilegio ad sexennium.*

Leunclavii prior editio Latina uno anno ante, altera Graecolatina tredecim annis post mortem eius prodiit. De qua altera editione recte Reimarus: „heredes Andreae Wechelii (bibliopolae) cum privilegium haberent Caesareum in omnia Leunclavii scripta eaque non sine lucro divendi experirentur, seu suo motu, seu docti cuiusdam viri hortatu, consilium hoc omnino laudandum ceperunt, ut Graeca Latinis et aliorum pariter Dionis interpretum annotationes iterata editione vellent adiungere . . . . Habebant procul dubio exemplum Dionis et Xiphilini ex editione Henrici Stephani, quo usus erat Leunclavius, et ad cuius marginem praeter correctiones versionis Latinae etiam Graeci textus nonnullas emendationes notaverat, quales nunc in Graeco-latina editione Leunclaviana ad marginem comparent.“ Leunclavius, qui editionem suam Excerptis *περὶ πρέσβεων* nuper (1582) ab Ursino publici iuris factis ditare potuit[1]), Xiphilini epitomen inde a Claudio usque ad finem in libros 61—80 distinxit[2]), additis etiam consulum indicibus et argumentis Graece et Latine a se confectis, quem ad modum Dionis quoque libris 58 et 60, iam a Xylandro ab 57 et 59 seiunctis, fastos

1) Excerpta ex ultimis libris 60—80 desumpta et libros in codice Vaticano n. 1288 servatos (nam hos quoque Ursinus Excerptis *περὶ πρέσβεων* adiunxerat) Xiphilineis inseruit.

2) Priorem partem neglexit, nam „reperto fonte non opus est rivulis“.

et rerum indices praemisit. Haec Leunclaviana divisio, quam non omnino rectam esse iam observavi (cf. p. LX), ad hunc usque diem in editionibus nostris est retenta.

Locos permultos Dionis et Xiphilini in margine vel in annotationibus sagaciter emendavit.

1610 *interpretatio francogallica* Antonii de Bandole (proprie Iean Baudoin secundum Barbier, *Dictionnaire des Anonymes et Pseudonymes*) Parisiis apud I. Richter prodiit.

1634 *Excerpta Valesiana* edita sunt, cf. p. IX.

1675 Iacobi Gronovii *Supplementa lacunarum in Aenea Tactico, Dione Cassio et Arriano de expeditione Alexandri, Lugduni-Batavorum apud Danielem de Gaesbeek.*

Gronovio prima L(aurentiani) codicis notitia debetur. Ex hoc enim libro Dionis lacunae eb eo suppletae sunt.

1678 *Histoire Romaine écrite par Xiphilin par Zonare et par Zosime, traduite sur les originaux grecs par* M. Cousin, *président en la Cour des Monnayes, Paris chez la veuve de Damien Foucault.*

1685 *Eadem editio* repetita Amstelodami et Hagae Comitis. Vol. 1 Xiphilinum continet.

1704 *interpretatio Anglica* Manningi, Londinii 2 vol.

1724 *Κασσίου Δίωνος Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας τὰ τελευταῖα βιβλία τρία εὑρισκόμενα καὶ ἀποκαθιστάμενα. Cassii Dionis Romanae historiae ultimi libri tres reperti restitutique studio ac labore* Nic. Carminii Falconis *Presbyteri, in utroque Iure et in sacra Theologia Doctoris et Protonotarii Apostolici, Romae ex typographia Chracas prope S. Marcum in via cursus ex authoritate superiorum.* — Libri sunt Dionis, qui in codice Vaticano n. 1288 servantur, additis Excerptis Ursinianis et Valesianis. Falco hoc uno nomine laudandus est, quod etiam dimidiatas codicis columnas ab Ursino neglectas satis diligenter excudendas curavit.

1747 *Κυιν. Κασσίου Δίωνος Κοκκηιανοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας ἐκ τῶν αὐτοῦ ὀκτογίντα* (sic) *βιβλίων Τόμος πρῶτος. Q. Cassii Dionis Cocceiani Romanae Historiae, ex eius octoginta libris, Tomus primus continens priores libros XXI; ab U. C.*

Editiones Interpretationes

(1747) *usque ad U. C. annum DCX post eversam Carthaginem et Corinthum nunc primum detectos, restitutos, concinnatosque, et nova fere versione et perpetuis suis, variorumque notis auctos studio et labore* Nic. Carminii Falconii etc. *Neapoli anno Domini MDCCXLVII apud Iosephum de Bonis publicum typographum, superiorum permissu.* Hominem fatuum et vaniloquum Reimarus satis et fortasse plus quam satis est perstrinxit. Hoc tamen non obliviscendum, Falconem ex Zonara libros priores Dionis restituentem rectam viam primum esse ingressum, etiamsi merito vituperatur in eo, quod Dionysii quoque frusta quaedam et Plutarchi vitas aliquot tamquam Dionea edidit.

1750/52 *Τῶν Δίωνος τοῦ Κασσίου τοῦ Κοκκηιανοῦ Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν τὰ σωζόμενα. Cassii Dionis Cocceiani Historiae Romanae quae supersunt.*

Volumen I quod complectitur Fragmenta librorum I—XXXV cum annotationibus maxime Henrici Valesii, libros XXXVI—LIV integros cum annotationibus Ioannis Alberti Fabricii ac paucis aliorum. Graeca ex codicibus MSS. et fragmentis supplevit emendavit Latinam versionem Xylandro-Leunclavianam limavit Varias lectiones Notas Doctorum et suas cum apparatu et indicibus adiecit Hermannus Samuel Reimarus.

Volumen II quod complectitur Libros Dionis LV—LX passim mutilos et breviatos cum annotationibus Ioannis Alberti Fabricii et nonnullis aliorum, Libros item Dionis LXI—LXXX ex compendio Io. Xiphilini cum annotationibus Hermanni Samuelis Reimari *qui et ubivis fragmenta reperta suis locis inseruit, Varias lectiones et annotationes subiecit, versionem castigavit Apparatum annotationum et emendationum cum Indice Graeco et Latino adiunxit. Hamburgii, Sumtibus Christiani Heroldi.*

Priores cum Roberti Stephani textum emendare satis habuissent, Reimarus primus novos codices adhibuit. Inter quos fuit L(aurentianus 70, 8), quem Iacobus Gronovius

Florentiae reppererat (vide supra s. a. 1675) cuiusque variam lectionem integram a patre factam Gronovius filius Reimaro subministravit, tum V(aticanus n. 144), a Cardinale Angelo Mario Quirino, Bibliothecae Vaticanae praefecto, collatus.[1] Itaque iam usque ad librum 54 his praesertim codicibus Reimari editio nititur. Quid praeterea in ea novatum sit, titulus libri pro illorum temporum more amplitudine excellens, satis declarat. Ex virorum doctorum adnotationibus seorsim tamen memorandae videntur Iacobi Palmerii animadversiones in *Exercitationibus ad optimos auctores Graecos* p. 242—267, Turnebi notae marginales ad Roberti Stephani editionem, item Obadiae Oddey Britanni, qui et ipse Dionis edendi consilium ceperat, emendationes in H. Stephani exemplari adnotatae, denique Anonymi cuiusdam, quem Reimarus X appellavit, coniecturae in exemplari editionis alterius Leunclavii repertae. Sed ante omnia nominandae sunt praeter Wesselingii *Epistolam criticam* ad Reimarum paucas nec inutiles observationes continentem, Ioannis Iacobi Reiskii *Animadversiones* ad Dionis libros 60 priores, quae serius a Reimaro acceptae in Addendis editae sunt. Reiskii laudes praedicare hodie inutile: agnoverunt posteri quod aequales plerique videre aut nolebant aut nequibant. Egregii critici acumen et iudicandi sollertia quantum Dioni profuerit innumeri loci testantur, quae peccavit praepropera eius festinatio iam oblivioni sunt tradita. — Praecipuum vero Reimarianae editionis ornamentum adnotationes sunt *rerum memorabilium explicationem continentes* partim Fabricii soceri partim ipsius editoris. Hae etiam hodie post 150 annos magno cum fructu consuluntur. Quibus quid voluerit ipse indicat praef. § 10: *Nam et ex aliis historiae scriptoribus, qui eadem tradiderant, plenius et explicatius non pauca sisti iuvabat; et varietatem ac dissensum narrantium annotari: vel cum Dio in multis hallucinatus a vero aberrasset, reprehendi scriptorem ne incautos in fraudem induceret: denique cum et plurima scitu dignissima, nec a quoquam veterum memoriae prodita contineat, quae sine monitore obiter forte et absque fructu legerentur, haec ipsa signatius denotari et uberius explicari.*

1) Praeterea in Reimari usum a Quirino collatus est codex Vaticanus n. 993 nullius pretii.

Editiones Interpretationes

Nec silentio praetermittendus Index Graecus copiosissimus optimeque confectus, Rerumque index priorum editionum magno opere auctus.

1783/96 *Dio Cassius Römische Geschichte aus dem Griechischen übersetzt von* Joh. Augustin Wagner, Francofurti 5 vol.

Adiectae sunt annotationes nonnullae.

1786—1818 *Des Titus Dio Kassius Kokkeianus Jahrbücher Römischer Geschichte. Aus dem Griechischen übersetzt, und mit Anmerkungen versehen von* Abraham Jakob Penzel Lipsiae 4 vol.

Continet interpretationem librorum 36—53, cf. Sturz. vol. 7 p. 565.

1790/92 *interpretatio Italica* Ioannis Viviani Romae prodiit 4 voluminibus. Iterum impressa Mediolanii a. 1823.

1798 *Dionis Cassii Historiarum Romanarum fragmenta, cum novis earundem lectionibus* a Iacobo Morellio, *Bibliothecae Venetae Praefecto, nunc primum edita. Bassani ex typographia Remondiniana.* — Eadem a Chardon de la Rochette „*forma maiori ad Reimarianam editionem accommodata, denuo excusa*" sunt Parisiis typis I. I. Delance anno 1800.

Morellius hoc libello ex codice M(arciano 395), cuius praestantiam agnoverat, varias lectiones et lacunarum supplementa publici iuris fecit.

1814 in Anecdotis Graecis Bekkeri edita sunt *fragmenta Dionis tertii lexici Segueriani,* de quibus cf. p. LIV.

1824/5 *Τῶν Δίωνος τοῦ Κασσίου τοῦ Κοκκηιανοῦ Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν τὰ σωζόμενα. Dionis Cassii Cocceiani Historiarum Romanarum quae supersunt. Graece ex codicibus MSS. aliisque subsidiis supplevit et emendavit, Xiphilini epitomen librorum Dionis Cassii aeque emendatam addidit, Latina versio ut Graecis verbis magis responderet operam dedit, Fragmenta et Indicem Graecum valde auxit, Annotationes ex editione Reimariana omnes repetiit, multasque tam Ioh. Iac. Reiskii et aliorum quam suas notas adiecit* Fridericus Guilielmus Sturzius. *Lipsiae in libraria Kuehniana.* 8 vol. Anno 1843 volumen nonum additum

est *Excerpta Vaticana* anno 1827 ab Angelo Maio edita complectens. Interpretationes

In editione Sturziana Reimarianam habes integram. Lacunarum supplementa Morellii (ex cod. M) in editionem suam intulit nec tamen in textum ausus est recipere. Praeterea in Sturzii usum collati sunt codices L(aurentianus 70, 8) iterum, et Laurentianus 70, 10 (L b) et Taurinensis. Adnotationibus ex Reimari editione repetitis nonnullas addidit desumptas *ex epistolis Reimari et Reiskii mutuis, quae in huius vita editae sunt, ex Reimari de vita et scriptis Ioannis Alberti Fabricii commentario, ex Ioannis Toupii emendationibus in Suidam et Hesychium et alios lexicographos Graecos, ex Gilberti Wakefield Silva critica, denique ex Schaeferi et Lobecki scriptis.* Hic illic textui Dioneo vitio laboranti opem tulit.

1826 *Des Dio Cassius Geschichte der Römer übersetzt von* Fr. Lorenz. vol. 1. Jenae.

1827 *Excerpta Vaticana* edita sunt, cf. p. XVI sqq. et XLI sqq.

1829 *Editio stereotypa Caroli Tauchnitzii*, Lipsiae 4 vol. (nova impressio 1870—1877).

1831 *Des Dio Cassius römische Geschichte übersetzt von* L. Tafel, Stuttgarti 1831—1844 3 vol.

1839 *Fragmenta Parisina* publici iuris fecit F. Haase, cf. p. XXXV.

1845/70 *Histoire Romaine de Dion Cassius, traduite en français avec des notes critiques, historiques etc. et le texte en regard, collationné sur les meilleurs éditions et sur les manuscrits de Rome, Florence, Venise, Turin, Munich, Heidelberg, Paris, Tours, Besançon par* E. Gros. Parisiis apud Firmin Didot 1845—1870. 10 vol. Post Grosii mortem vol. 5—10 edidit V. Boissée.

Gros primus fragmenta librorum 1—35 (exceptis tamen iis, quae Bekkerus in Anecdotis et Haase ediderant) ex temporum ordine digessit. Adnotationes eius suam habent utilitatem neque infeliciter locis aliquot Dionem emendavit. Praeterea bene fecit, quod codicem Turonensem contulit. Sed apparatus criticus Grosii ad libros integros ineptis et absurdis lectionibus ex codicibus nullius pretii corrasis foede est inquinatus atque insuper erroribus scatet.

Editiones Interpretationes

1849 *Cassii Dionis Cocceiani Rerum Romanarum libri octoginta ab* Immanuele Bekkero *recogniti.* Lipsiae, apud Weidmannos.

Plane egregia sunt Bekkeri de Dione merita. Lectiones codicum L et M ubique praeferendas esse perspexit, quanquam hic illic lapsus nec ceteros libros omnes ab illis pendere intellegens. Sed praecipua Bekkerianae editionis virtus in re critica cernitur. Incredibile dictu est, quot locos Dioneos coniecturis suis sanaverit. Nam opes criticas, praeter eas quas aut Reimari Sturziique industria collegerat aut Reiskii ingenium pepererat, frustra cum requisivisset[1], licere sibi putavit, ut proprias vires periclitaretur (cf. praef.).

Coniecturarum autem Bekkeri bona pars certae emendationes dicendae sunt, quas sine ulla dubitatione in textum recipias; multae probabiles sunt, paucae tantum eiusmodi, ut statim abicias. Ex omnibus manifestum est Bekkerum tam Graecitatis quam Dionei sermonis intimam habuisse notitiam atque sano et sobrio iudicio quid scriptum oporteret distinxisse.

1863/65 *Δίωνος Κασσίου Κοκκηιανοῦ Ῥωμαϊκὴ ἱστορία. Dionis Cassii Cocceiani Historia Romana. Cum annotationibus* Ludovici Dindorfii. Lipsiae B. G. Teubner 5 vol., quorum quintum i. a. Xiphilini priorem partem (librorum 36—60 epitomen) complectitur, post H. Stephanum Graece seorsim non editam.

Annotationes Dindorfii numquam in lucem prodierunt, neque omnino Dindorfius in edendo Dione multum praestitit. Recto tamen iudicio usus codices L et M semper, etiam in locis corruptis, secutus est[2], quod nondum

1) Codex tantum Vaticanus n. 1288 in eius usum denuo collatus est.

2) Sane mirandum est Dindorfium nondum plane perspexisse, qua cognatione cum L et M ceteri codices sint coniuncti. Nam sic scribit in praefatione „*scripti ambo* (sc. L et M). *antequam existeret, qui partim lacunas illorum utcunque explere, partim vitia pro captu suo emendare studeret*“ et paulo post de L b: „*nam adeo sui similis est per omnes viginti quinque, qui codicibus Mediceo et Veneto servati sunt, libros, ut unum eundemque fuisse putem hominem, qui codicem Laurentiano Marcianoque nactus similem cum ut posset corrigeret eiusque minores lacunas ex ingenio, maiores e Xiphilino sarciret.*“ Quod si ita esset, lectiones L b (utpote codicis eiusdem quidem familiae atque L et M, nec tamen ab his ipsis derivati) ubique respiciendas fuisse apparet.

fecerat Bekkerus. Coniecturae Dindorfii paucae sunt et bonae. Interpretationes

1890/94 *Δίωνος Κασσίου Κοκκηιανοῦ Ῥωμαϊκὴ ἱστορία. Dionis Cassii Cocceiani Historia Romana. Editionem primam curavit* Ludovicus Dindorf, *recognovit* Ioannes Melber. Lipsiae, B. G. Teubner vol. 1 et 2.

B. *Scripta Dionem illustrantia.*[1]).

1. Scripta critica et exegetica.

I. R. C. Krebs, *lectiones Diodoreae.* Hadamarae 1832. (Insunt nonnullae ad Dionem emendationes.)

Iul. Pflugk, *schedae criticae,* Gedani 1835.

Iuli Pflugki *emendationes ad Dionem Cassium,* ex schedis eius edidit I. Marquardt. *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* IV, Nr. 39 et 40. 1846.

A. Hug, *Observationes criticae in Cassium Dionem.* Bonnae 1855.

H. v. Herwerden, *Spicilegium Vaticanum,* Lugduni-Batavorum 1860 p. 152—186 (Collatio Excerptorum Vaticanorum *περὶ γνωμῶν* cum supplemento Emendationum).

H. I. Heller, *Adnotationes ad Cassium Dionem, Philologus* 1864 p. 149—153.

S. A. Naber, *Over de grondslagen der critiek van Dio Cassius, Verslagen en Mededeelingen der Koninklyke Akademie van Wetenschappen. Afdeeling Letterkunde, Eerste Reeks, Deel X* p. 288—314, 1866. In quo multa insunt perutilia nec tamen probandum est id quod imprimis vir clarissimus demonstrare conatus est, Dionem ad stilum suum formandum non ipsos veteres scriptores legisse — Herodotum, Xenophontem, Platonem, praesertim Thucydidem — sed Phrynichi libros *περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων* (cf. p. 304). Naberi opinionem refutavit iam L. Dindorfius (v. infra). Ceterum non negandum videtur Dionem etiam Phrynichi libros in manibus habuisse.

S. A. Naber, *Εἰς Κάσσιον Δίωνα. Λόγιος Ἑρμῆς.* 1867 p. 403—424.

L. Dindorf, *Dio Cassius und Phrynichus. Jahrb. f. class. Phil.* 99 (1869) p. 1 sqq.

F. K. Hertlein, *Conjecturen zu griechischen Prosaikern,* Progr. Wertheim 1873.

1) Cf. quoque p. XCVII et Sturz. vol. 7 p. 570.

Scripta Dionem illustrantia

H. Haupt, *Neue Beiträge zu den Fragmenten des Dio Cassius, Hermes* 14 p. 432—446.

H. van Herwerden, *Lectiones Rheno-Traiectinae*, Lugduni-Batavorum 1882, p. 78—95.

S. A. Naber *ad Dionem Cassium, Mnemosyne*, N. S. 4, p. 331, 336, 340, 343, 344, 349; 5, p. 216, 389, 395; 7, p. 74; 8, p. 251; 14, p. 75 sqq.; p. 130 sqq.; 16, p. 109 sq.

C. G. Cobet, *ad Dionem Cassium, Mnemosyne N. S.* 6, p. 446—448; *Imitationes*, ibid. 7, p. 40—48; *ad Dionem Cassium* ibid. 10, p. 193—210.[1]

Madvig, *Adversaria critica*, Hauniae 1884, p. 79 sqq.

I. Maisel, *Observationes in Cassium Dionem*, Berolini 1888.

I. Melber, *Beiträge zur Neuordnung der Fragmente des Dio Cassius, Sitzungsber. d. bayr. Akad. der Wissensch.* 1889, p. 93—118, cf. *Blätter f. d. bayr. Gymn.* 26 p. 317 sq.

Th. Hultzsch, *Zu Cassius Dio, Jahrb. f. class. Phil.* 141 (1890) p. 213 sq.

U. Ph. Boissevain, *Ein verschobenes Fragment des Cassius Dio, Hermes* 25 (1890) p. 329—339.

2. Scripta ad grammaticam et elocutionem Dionis spectantia.

Niemeyer, *Zu Cassius Dion, Jahrb. f. class. Phil.* 113 p. 583 sq.

E. Litsch, *de Cassio Dione imitatore Thucydidis*, Diss. Friburg. 1893.

E. Kyhnitzsch, *de contionibus, quas Cassius Dio historiae suae intexuit, cum Thucydideis comparatis*, Diss. Lips. 1894.

3. Scripta Dionis historiam illustrantia.[2]

R. Wilmans, *de Dionis Cassii fontibus et auctoritate*, Berolini 1836.

M. Grasshof, *de fontibus et auctoritate Dionis Cassii*, Bonnae 1867.

O. Clason, *Cassius Dio 52, 20 über die leges annales der römischen Kaiserzeit*, Vratislaviae 1870.

J. G. Fischer, *de fontibus et auctoritate Cassii Dionis*, Lipsiae 1870.

---

1) Praeterea Cobeti adnotationes in exemplaris sui margine liberalitate Bibliothecae Leidensis praefecti consulere mihi licuit, quas tamen plerasque Cobetus ipse iam evulgaverat. Quae praeter has memorandae videbantur, eas dedi signatas *Cob.*(m).

2) Cf. quoque H. Haupt *Jahresbericht Philologus* 39, p. 541—548; 40, p. 139—166; 41, p. 140—158; 43, p. 678—701; 44, p. 132—163 et 557—578.

Scripta Dionem illustrantia

H. Christensen, *de fontibus a Cassio Dione in vita Neronis enarranda adhibitis*, Berolini 1871.

M. Posner, *quibus auctoribus in bello Hannibalico enarrando usus sit Dio Cassius*, Bonnae 1874.

G. Sickel, *de fontibus a Cassio Dione in conscribendis rebus inde a Tiberio usque ad mortem Vitellii gestis adhibitis*, Gottingae 1876.

G. Heimbach, *quid et quantum Cassius Dio in historia conscribenda inde a libro XI usque ad librum XLVII e Livio desumpserit*, Bonnae 1878.

R. Ferwer, *die politischen Anschauungen des Cassius Dio*, Progr. Gross-Glogau 1878.

D. G. Ielgersma, *de fide et auctoritate Dionis Cassii Cocceiani*, Diss. Leid. 1879.

A. Baumgartner, *über die Quellen des Cassius Dio für die ältere römische Geschichte*, Tubingae 1880.

A. Deppe, *des Dio Cassius Bericht über die Varusschlacht verglichen mit den übrigen Geschichtsquellen*, Detmold. 1880.

F. Beckurts, *Zur Quellenkritik des Tacitus, Sueton und Cassius Dio*, Brunsviciae 1880.

Breitung, *Bemerkungen über die Quellen des Dio Cassius LXVI—LXIX*, Progr. Markirch. 1882.

H. Grohs, *der Wert des Geschichtswerkes des Cassius Dio als Quelle für die Geschichte der Jahre* 49—44 v. Chr., Züllich. 1884.

I. Melber, *der Bericht des Dio Cassius über die gallischen Kriege Caesars*, Monachii 1891.

P. Meyer, *de Maecenatis oratione a Dione ficta*, Berolini 1891.

A. v. Gutschmid, *Kleine Schriften* 5, (1894) p. 547—554.

Pauca sunt, quae de hac editione praemonenda videntur.

Quod ad librorum 1—35 deperditorum reliquias attinet, in textum tantum recepi ea fragmenta, quae ipsa Dionis verba exhibent:

Excerpta Constantiniana, quamquam haud raro contracta sunt atque initio et in fine praesertim eclogarii manum produnt,

Excerpta e Florilegiis petita,

Excerpta Anonymi in Bekkeri Anecdotis.

Fragmenta Parisina.

Fragmenta autem Constantiniana, ut appareat quo ordine in

Editio nostra

codicibus legantur, numeris notavi. Quos numeros qui perlustraverit, me a codicum ordine numquam recessisse videbit, nisi quod Exc. Vat. 92 et 93 inter 88 et 89 collocanda erant (cf. p. 338). Vide quoque ad fr. 1, 1; 24, 1; 35, 9.

Excerptorum dispositionem, quam Grosius primus, post eum Bekkerus instituit, a Melbero iam ope Zonarae compluribus locis correctam, ego amplius hic illic immutavi (vide exemplum insigne p. 138). Quod quas ob causas fecerim, ubi opus erat, lectorem monui. Servavi tamen ubique Bekkerianos Dindorfianosque numeros. Id incommodi aliquid habere non est negandum, quamquam in adnotatione critica semper indicandum curavi, ubinam excerptum omissum aut transpositum reperiri possit.[1]) Sed cavendum mihi videbatur, ne in posterum si quis fragmentum Dioneum accurate indicare vellet, ter quaterve ei indicandum esset in hunc modum: fr. 57, 50 Bekk. Dind. = 56, 53 Melb. = x, y Boiss. Fragmenta iam poterunt laudari solo numero (nam numeri Bekkeriani Dindorfiani mei iidem sunt)[2]), nisi editionis Melberianae numerum addere mavis, et omne fragmentum, quod aut solo numero aut addito *Bekk. Dind.* citatur, in hac editione, quippe eodem numero notatum, sine ullo negotio reperias.[3])

Epitomen Zonarae, quem Dionea verba saepe immutasse constat, item Tzetzae ceterorumque Byzantinorum fragmenta, in quibus quantum insit, quod proprie Dioneum vocari possit, saepe difficile est dictu, in calce paginarum imprimenda curavi. Zonarae capita, quae longissima sunt, in paragraphos distribui. Ubi scriptor Byzantinus non tantum Dionem sed etiam Plutarchum secutus est, Dionea fragmenta diligenter excerpsi. In Zonarae textu constituendo ab auctoritate codicum, quorum duo circiter 150 annis tantum postquam vixit

---

1) Data occasione moneo fr. 2, 5 non inter fr. 43, 20 et 22 verum p. 174 legi.

2) Capitis tamen 57 paragraphi 14—45 Dindorfianae apud Bekkerum sunt 15—46; praeterea in c. 102. 106. 110 numeri discrepant.

3) Numeros eo minus mutare volui, quod non mihi persuaseram ordinem a me restitutum in posterum totum servari posse. Crediderim potius, ubi chronica lexica florilegia Byzantina melius quam adhuc factum est, explorata erunt, fore ut inde Dioneis reliquiis haud ita pauca fortasse accedant. Quod inprimis quidem valet de historia aetatis imperatoriae, sed etiam vetustiorum vel potius vetustissimorum temporum frusta Dionea in eis latere non absimile videtur. Neque hoc praefracte negandum inter Planudea fragmenta inesse posse quod Dionis sit. Fieri quoque potest, ut melior dies doceat unum alterumve fragmentum adhuc receptum cum Dione nihil habere commune.

Zonaras exarati sunt, fere nusquam recedendum putavi, veritus ne ipsius Zonarae potius quam librariorum manum corrigerem. Editio nostra

Has prioris partis reliquias in libros divisi, de qua re vide quae supra p. LV sq. dicta sunt.

In libris 36 sqq. locos, qui in Excerptis Constantinianis, apud Xiphilinum, in Bekkeri Anecdotis comparent, in margine indicavi, item codicum folia, ut si qua forte dubitatio de lectione a me allata oriatur, facili negotio quid in codice scriptum sit, indagari possit.

Vitia orthographica codicum fere neglexi. Coniecturas virorum doctorum, quas quidem memorare utile erat, in adnotatione critica attuli omnes, etiamsi minus probarem. Quae si a duobus pluribusve factae erant, eius tantum nomen apposui, qui primus protulit. Mea conamina et amicorum raro in textum admisi, eaque tantum quae certissima videbantur, veluti fr. 43, 18; 57, 18; 102, 3 (Kuiper.), fr. 36, 6; 37, 1; 39, 38, 6 (Polak.), fr. 57, 63; 57, 71; 57, 82; 87, 2. Sed in locis admodum lacunosis paulo liberius versatus sum, vide e. gr. fr. 36, 32; 57, 7; 57, 64, al. Ad nominum propriorum orthographiam magnam adhibui diligentiam, quam si quis nimiam appellare malit, ipse non magno opere refragrabor. Intra editionis criticae fines me tenere semper studui, sed *τὸ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν* non ubique me evitasse confitendum est.

Propero ad finem. Monendum nihil superest, restat iucundius aliquid. Nempe gratiae mihi agendae sunt, quae ex imo pectore agentur, omnibus, qui me hanc editionem parantem auxilio suo adiuverunt, inter quos praeter Theodorum Buettner-Wobst Eduardum Scheer Hieronymum Vitelli iam supra memoratos, nominatim mihi dicendi sunt Theodorus Mommsen, Augustus Mau, bibliothecarum Bruxellensis, Burdigalensis, Leidensis, Parisinae praefecti, in primis vero Henricus van Herwerden, v. c., in Universitate Ultraiectina collega aestumatissimus, qui grandem coniecturarum messem ad Dionem suum peramice per litteras mecum communicavit. Quorum quae recipiendae erant haud paucae, eas signatas habes *v. Herw.* (*litt.*). Etiam plus beneficii in me contulerunt amici duo, Conradus Kuiper Harlemensis, Hermannus Polak, collega olim Roterodamensis nunc Groninganus. Hi plagularum emaculandarum ingratum laborem mea causa gratum putantes totum opus mecum perlustrarunt.[1] Magnum id erat, sed

1) Usque ad p. 449 Kuiper., qui inde a p. 113 inceperat.

accedebat aliud. Uterque quid sibi inter legendum observatu dignum videbatur, in margine adnotabat adscribebatque coniecturas et emendationes suas, quibus ea condicione uterer, ut quidquid minus rectum certumve aestimabam seponerem. Quibus viris et ingenii sollertia et doctrinae praestantia excellentibus quid haec editio debeat Dionis studiosi grato animo mecum agnoscent.

Groningae mense Octobri MDCCCLXXXXV.

APPENDIX

A. FRAGMENTA PLUTARCHI DIONEIS IN COLLECTANEIS CONSTANTINIANIS INSERTA.

Non recepi inter Dionis fragmenta decem ex Constantinianis Excerptis, quae partim iam omiserant Bekker et Dindorf, omnia Melber: Ursiniana quattuor U^G 25. 26. 27. 28 (cf. p. 345) et sex Valesiana V 106. 107. 108. 109. 110. 111 (cf. p. 347). Etenim in mediis fragmentis Dioneis titulorum *περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν πρὸς Ῥωμαίους* (U^G) et *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας* (V) hoc loco inveniri excerpta, quae ad verbum fere cum Plutarcho in vita Sullae congruant, observaverat iam Valesius. Qui propterea Dionem in hac historiae suae parte Plutarchi scrinia impudenter compilasse opinatus indignabundus exclamat: „adeo furaces et plagiarii Graeci fere omnes deprehenduntur" (adnot. in collect. Constant. p. 91). Cui merito oblocutus Reimarus. Is, qui Dionem tamquam digitos suos nosset, haec omnia ei abiudicanda esse perspexit. „Si", inquit, „is mos Dioni fuisset, ut Plutarchi se spoliis ditaret: qui fit, ut in uno Sulla furtum subsistat? ut alibi nusquam nec aliorum scriptorum nec Plutarchi verba sibi vindicarit, cum toties occasio fuisset eadem narranti?" Et paulo post: „equidem confidenter provoco ad omnes in utroque scriptore versatos, ut in tota historia, quae nimirum indubie Dionis est, quaeque eadem a Plutarcho satis copiose ut solet enarratur, vel unicum ambitum verborum ostendant utrinque eundem." Denique: (Photius eum) „imitatorem veterum, maxime Thucydidis, salva tamen perspicuitate, fuisse praedicat: nemo autem unquam furti eum postulavit. Iam quis in una Sullanorum temporum historia fecisse Dionem sibi persuadeat, quod nusquam fecit alias, quod longe infra se putabat, cuius nullam praebuit cuiquam suspicionem, et ad quod faciendum propriae facultatis inopia non cogebatur? Profecto alia subsit causa necesse est, cur hodie aliena quaedam Dioniis eaque unico tantum in loco admixta deprehendamus" (praef. § 13). Quam causam hanc fuisse putat: cum casu quodem Dionis libri hac parte lacuna laborarent, eam ex Plutarchi *Sulla* librarios sarciisse; eiusmodi autem exemplar Constantiniano epitomatori in manibus fuisse. Probabile hoc, quamquam eodem iure, ut mihi videtur, possis conicere lacunam in Dionis opere deprehendisse epitomatorem, hanc ipsum e Plutarcho explevisse.

Haec fragmenta dedi fere quem ad modum in codicibus leguntur.

Excerpta Plutarchi

U^G 25 = U p. 386 (fr. 105, 1 B. D).

ὅτι ὁ Ἀρχέλαος παρεκάλει τὸν Σύλλαν διαλλαγῆναι πρὸς τὸν Μιθριδάτην. δεξαμένου δὲ τούτου τὴν πρόκλησιν ἐγένοντο συνθῆκαι· Μιθριδάτην μὲν τὴν Ἀσίαν ἀφεῖναι καὶ Παφλαγονίαν, ἐκστῆναι δὲ Βιθυνίας Νικομήδη καὶ Νικομηδείας Ἀριοβαρζάνει, καταβαλεῖν δὲ Ῥωμαίοις δισχίλια τάλαντα καὶ δοῦναι ναῦς ἑβδομήκοντα χαλκήρεις μετὰ τῆς οἰκείας παρασκευῆς· Σύλλαν δὲ ἐκείνῳ τήν τε ἄλλην ἀρχὴν βεβαιοῦν καὶ σύμμαχον Ῥωμαίων ψηφίσασθαι. ταῦτα οὕτως ὡμολογήθη. καὶ ἐβάδιζε διὰ Θεσσαλίας καὶ Μακεδονίας ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. ἔλαβε μεθ᾽ ἑαυτοῦ τὸν Ἀρχέλαον ἐν τιμῇ, καὶ νοσήσαντος ἐπισφαλῶς περὶ Λάρισσαν ἐπιστήσας τὴν πορείαν ὡς ἑνὸς τῶν ὑφ᾽ αὑτὸν ἡγεμόνων καὶ στρατηγῶν ἐπεμελήθη. ταῦτα δὲ διέβαλλε τὸ περὶ Χαιρώνειαν ἔργον, ὡς οὐχὶ καθαρῶς ἀγωνισθέν, καὶ ὅτι τοὺς ἄλλους Μιθριδάτου φίλους οὓς εἶχεν αἰχμαλώτους, ἀποδοὺς ὁ Σύλλας Ἀριστίωνα μόνον ἀνεῖλεν, Ἀρχελάῳ διάφορον ὄντα· μάλιστα δὲ ἡ ⟨δο⟩θεῖσα γῆ τῷ Καππάδοκι μυρίων πλέθρων ⟨ἐν⟩ Εὐβοίᾳ καὶ τὸ Ῥωμαίων φίλον αὐτὸν καὶ σύμμαχον ἀπογραφῆναι.

= Plut. *Sull.* 22, 5—23, 2. — vs. 3. 4 = Suid. *s. v.* ἐκστῆναι.

10 τῶν om. B 14 ⟨δο⟩θεῖσα Urs. 15 τῷ Καππάδοκι M, τῶν Καππαδόκων B ⟨ἐν⟩ add. Urs. τὸ Urs., τῇ MB.

U^G 26 = U p. 387 (fr. 105, 2 B. D).

ὅτι πρεσβευτῶν παραγενομένων παρὰ τοῦ Μιθριδάτου πρὸς Σύλλαν καὶ τὰ μὲν ἄλλα φασκόντων δέχεσθαι, Παφλαγονίαν δὲ ἀξιούντων μὴ ἀφαιρεθῆναι, τὰς δὲ ναῦς οὐδὲ ὅλως ὁμολογηθῆναι, χαλεπήνας ὁ Σύλλας „τί φατε" εἶπεν „Μιθριδάτης Παφλαγονίας ἀντιποιεῖται καὶ περὶ τῶν νηῶν ἔξαρνός ἐστιν; ὃν ἐγὼ προσκυνήσειν ἐνόμιζον εἰ τὴν δεξιὰν αὐτῷ καταλείποιμι χεῖρα, δι᾽ ἧς τοσούτους Ῥωμαίων ἀνεῖλεν· ἑτέρας μέντοι φωνὰς ἀφήσει διαβάντος μου εἰς τὴν Ἀσίαν. νῦν δὲ ἐν Περγάμῳ καθήμενος, ὃν οὐχ ἑώρακε διαστρατηγεῖ πόλεμον". οἱ μὲν οὖν φοβηθέντες ἡσύχαζον. ὁ δὲ Ἀρχέλαος ἐδεῖτο τοῦ Σύλλου καὶ κατεπράϋνε τὴν ὀργήν, ἁπτόμενος τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ καὶ δακρύων· καὶ ἔπεισεν ἀποσταλῆναι πρὸς Μιθριδάτην· διαπράξασθαι γὰρ ἐφ᾽ οἷς βούλεται τὴν εἰρήνην· εἰ δὲ μὴ πείσαι κτενεῖν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τούτοις.

= Plut. *Sull.* 23, 3—4.

5 εἰ] εἰ δὲ B 8 οἱ] ὁ B 12 πείσαι] πῖσαιοι M.

U^G 27 = U p. 388 (fr. 105, 3 B. D.).

ὅτι συνεισῆλθεν ὁ Σύλλας τῷ Μιθριδάτῃ ἐν Δαρδάνῳ τῆς Τρῳάδος ἔχων ναῦς διακοσίας ἐνήρεις, καὶ τῆς πεζῆς δυνάμεως ὁπλίτας μὲν δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχιλίους· Σύλλας δὲ τέσσαρας σπείρας καὶ διακοσίους ἱππεῖς. ἀπαντήσαντος δὲ τοῦ Μιθριδάτου καὶ τὴν δεξιὰν προτείνοντος ἠρώτησεν αὐτὸν εἰ καταλύσει τὸν πόλεμον ἐφ᾽ οἷς ὡμολόγησεν Ἀρχέλαος.

= Plut. *Sull.* 24, 1. — vs. 1 sq. = Suidas *s. v.* ἐνήρης ναῦς.

2 πεζῆς] πεζικῆς B.

Excerpta Plutarchi

U[G] 28 = U p. 388 (fr. 105, 4 B. D.).

ὅτι τὰς συνθήκας ποιήσαντες Σύλλας καὶ Μιθριδάτης Ἀριοβαρζάνην καὶ Νικομήδην τοὺς βασιλεῖς διήλλαξαν. καὶ ὁ μὲν Μιθριδάτης ἑβδομήκοντα ναῦς παραδοὺς καὶ τοξότας ὡς πλείστους ἐν αὐταῖς εἰς τὸν Πόντον ἀποπλεῖν ἔμελλεν, ὁ δὲ Σύλλας ἀχθομένους ἰδὼν τοὺς στρατιώτας τῇ διαλύσει, τὸν γὰρ ἔχθιστον τῶν βασιλέων καὶ πεντεκαίδεκα μυριάδας ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τῶν ἐν Ἀσίᾳ Ῥωμαίων ἀποσφαγῆναι παρασκευάσαντα, δεινὸν ἡγοῦντο μετὰ πλούτου καὶ λαφύρων ὁρᾶν ἐκπλέοντα τῆς Ἀσίας, ἣν ἔτη τέσσαρα ληλατῶν καὶ φορολογῶν διετέλεσεν. ὁ δὲ ἀπελογεῖτο, ὡς οὐκ ἦν Φλάκκῳ καὶ Μιθριδάτῃ πολεμεῖν, εἰ συσταίησαν, δυνηθείς.

= Plut. *Sull.* 24, 3. 4.

4 *ἔμελλεν* Leuncl., *ἔμελλον* ABM 8 *διετέλεσεν*] *διετέμεσεν* B 10 *δυνηθείς*] *δυνηθεῖεν* M.

V. 106 (p. 646) = p. 93 adn. B., p. 142 adn. D.

ὅτι τοῦ Σύλλου τὸν Πειραιᾶ πολιορκοῦντος, ἐπιλειπούσης δὲ τῆς ὕλης διὰ τὸ κόπτεσθαι τὰ πολλὰ τῶν δένδρων περικλώμενα τοῖς αὐτῶν βρίθεσι καὶ πυρπολεῖσθαι βαλλόμενα συνεχῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐπιχείρησε τοῖς ἱεροῖς ἄλσεσι. καὶ τὴν Ἀκαδημίαν ἔκειρε δενδροφορωτάτην τῶν προαστείων οὖσαν καὶ τὸ Λύκειον.

= Plut. *Sull.* 12, 3[a].

5 *προαστείων* scribitur in cod. per compendium.

V. 107 (p. 646) = p. 93 adn. B., p. 142 adn. D.

ὅτι ἐπεὶ καὶ χρημάτων ἐδεῖτο πολλῶν, ἐκίνει τὰ τῆς Ἑλλάδος ἄσυλα τοῦτο μὲν ἐξ Ἐπιδαύρου, τοῦτο δὲ ἐκ τῆς Ὀλυμπίας τὰ κάλλιστα καὶ πολυτελέστατα τῶν ἀναθημάτων μεταπεμπόμενος. ὅτι καὶ τοῖς Ἀμφικτύοσιν ἔγραψεν ἐς Δελφοὺς ὅτι τὰ χρήματα τοῦ θεοῦ βέλτιον εἴη κομισθῆναι πρὸς αὐτόν· ἢ γὰρ φυλάξειν ἀσφαλέστερον ἢ χρησάμενος ἀποδώσειν οὐκ ἐλάττω.

= Plut. *Sull.* 12, 3[b]. 4.

V. 108 (p. 646) = p. 93 adn. B., p. 142 adn. D.

ὅτι τὸν ἀργυροῦν πίθον, ὃς ἦν ὑπόλοιπος, διὰ βάρος καὶ μέγεθος | οὐ δυναμένων ἀναλαβεῖν τῶν ὑποζυγίων, ἀναγκαζόμενοι κατα- f. 196[r]
κόπτειν τοῦτον οἱ Ἀμφικτύονες ἐς μνήμην ἐβάλοντο, τοῦτο μὲν Τίτον Φλαμίνιον καὶ Μάνιον Ἀκύλιον τοῦτο δὲ Αἰμίλιον Παῦλον· ὧν ὁ μὲν Ἀντίοχον ἐξελάσας τῆς Ἑλλάδος οἱ δὲ τοὺς Μακεδόνων βασιλεῖς καταπολεμήσαντες οὐ μόνον ἀπέσχοντο τῶν ἱερῶν τῶν Ἑλληνικῶν, ἀλλὰ καὶ δῶρα καὶ τιμὴν αὐτοῖς καὶ σεμνότητα πολλὴν προσέθεσαν. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀνδρῶν σωφρόνων καὶ μεμαθηκότων σιωπῇ τοῖς ἄρχουσι παρέχειν τὰς χρείας ἡγούμενοι κατὰ νόμον, αὐτοί τε ταῖς ψυχαῖς βασιλικοὶ καὶ ταῖς διαίταις εὐτελεῖς μετρίοις ἐχρῶντο, κολακεύειν τοὺς στρατιώτας αἴσχιον ἡγούμενοι τοῦ δεδιέναι τοὺς πολε-

Excerpta Plutarchi

μίους. οἱ δὲ τότε στρατηγοὶ βίᾳ τὸ πρωτεῖον οὐκ ἀρετῇ κτώμενοι, καὶ μᾶλλον ἐπ' ἀλλήλους δεόμενοι τῶν ὅπλων ἢ ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἠναγκάζοντο δημαγωγεῖν. καὶ ἐν τῷ στρατηγεῖν τοῖς στρατευομένοις ἐς τὰς ἡδυπαθείας ἀνήλισκον, ὠνούμενοι τοὺς πόνους αὐτῶν. καὶ ἔλαθον ὤνιον τὴν πατρίδα ποιήσαντες ὅλην, ἑαυτοὺς δὲ δούλους τῶν κακίστων ἐπὶ τῷ τῶν βελτιόνων ἄρχειν. ταῦτα ἐξήλαυνε Μάριον, εἶτ' αὖθις τοὺς περὶ Σύλλαν κατήγαγεν, ταῦτα Ὀκταουίου τοὺς περὶ Κίνναν, ταῦτα Φλάκκου τοὺς περὶ Φιμβρίαν αὐτόχειρας ἐποίησεν. ὧν οὐχ ἥκιστα Σύλλας ἔδωκεν ἀρχὰς ἐπὶ τῷ διαφθείρειν καὶ μετακαλεῖν τοὺς ὑπ' ἄλλους ταττομένους αὐτὸς καταχορηγῶν ἐς τοὺς ὑφ' αὑτῷ καὶ δαπανώμενος· ἅμα τοὺς ἄλλους μὲν ἐς προδοσίαν, τοὺς δὲ ὑφ' αὑτῷ διαφθείρων καὶ παρασκευάζων χρημάτων δεῖσθαι πολλῶν καὶ μάλιστα καὶ ἐς τὴν πολιορκίαν τοῦ Πειραιέως.

= Plut. *Sull.* 12, 6—9.
9 ἡγούμενοι Val., ἡγούμενα cod. 19 Φιμβρίαν Val., φαβρίαν cod.
21 ὑπ' ἄλλους cod., ὑπ' ἄλλοις Val. αὐτὸς Val., αὐτῶι cod.

V. 109 (p. 649) = p. 93 adn. B., p. 142 adn. D.

ὅτι ὁ Ἀριστίων, ὁ τὰς Ἀθήνας φρουρῶν, ἄνθρωπος ἦν ἐξ ἀσελγείας ὁμοῦ καὶ ὠμότητος ἔχων συγκειμένην τὴν ψυχήν, καὶ τὰ χείριστα τῶν Μιθριδατικῶν συνερρυηκότα νοσημάτων καὶ παθῶν ἐς ἑαυτὸν ἀναλαβὼν καὶ πόλει, μυρίους μὲν πολέμους πολλὰς δὲ τυραννίδας καὶ στάσεις διαπεφευγνίᾳ πρότερον, ὥσπερ νόσημα θανατηφόρον ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς ἐπιγενόμενος. ὃς χιλίων δραχμῶν ὠνίου τοῦ μεδίμνου τῶν πυρῶν ὄντος ἐν ἄστει τότε, τῶν δὲ ἀνθρώ- f. 197ʳ πων σιτουμένων τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν παρθένιον, | ὑποδήματά τε καὶ ληκύθους ἑφθὰς ἐσθιόντων, αὐτὸς ἐνδελεχῶς πότοις μεθημερινοῖς καὶ κώμοις χρώμενος καὶ πυρριχίζων καὶ γελωτοποιῶν πρὸς τοὺς πολεμίους, τὸν μὲν ἱερὸν τῆς θεοῦ λύχνον ἀπεσβηκότα διὰ σπάνιν ἐλαίου περιεῖδε, τῇ δὲ ἱεροφάντιδι πυρῶν ἡμίεκτον προσαιτούσῃ πεπέρεως ἔπεμψε· τοὺς δὲ βουλευτὰς καὶ ἱερεῖς ἱκετεύοντας οἰκτεῖραι τὴν πόλιν καὶ διαλύσασθαι πρὸς τὸν Σύλλαν, τοξεύμασι βάλλων διεσκέδασεν.

= Plut. *Sull.* 13, 1—3.
5 διαπεφευγνίᾳ Gros., διαπεφευγνίῃ cod.

V. 110 (p. 649) = fr. 103, 2 B. D.

ὅτι Ὁρτήσιος στρατηγικὸς ἀνὴρ καὶ πολεμικὰ ἠσκημένος.

= Plut. *Sull.* 15, 3.

V. 111 (p. 649) = fr. 106, 1 B., p. 146 adn. D.

ὅτι Κίννα καὶ Κάρβωνος ἐν Ῥώμῃ τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἀνδράσι χρωμένων παρανόμως καὶ βιαίως, πολλοὶ τὴν τυραννίδα φεύγοντες ὥσπερ ἐπὶ λιμένα τὸ τοῦ Σύλλου στρατόπεδον κατεφέροντο, καὶ περὶ αὐτὸν ὀλίγου χρόνου σχῆμα βουλῆς ἐγένετο.

= Plut. *Sull.* 22, 1.

B. EXCERPTA PLANUDEA.

(Th. Mommsen, *Ueber die dem Cassius Dio beigelegten Theile der Planudischen und Constantinischen Excerpte*, *Hermes* 6, 82—89; H. Haupt, *Ueber die Herkunft der dem Dio Cassius beigelegten Planudischen Excerpte*, *Hermes* 14, 36—64, cf. p. 291—297; 443—446 et 15, 160; U. Ph. Boissevain, *De excerptis Planudeis et Constantinianis ab Angelo Maio editis, quae vulgo Cassio Dioni attribuuntur*, Progr. gymn. Erasmiani, Roterodami 1884; G. Sotiriadis, *Zur Kritik des Johannes von Antiochia,* Lipsiae 1887 p. 50—52. Praeterea A. Köcher, *de Ioannis Antiocheni aetate fontibus auctoritate,* Bonnae 1871; C. de Boor, *Zu Ioannes Antiochenus, Hermes* 22, 321 sqq.)

Quae post Angelum Maium inter Dionis fragmenta circumferuntur Excerpta historica a Maximo Planude, monacho Constantinopolitano (c. 1260—1310)[1]) collecta[2]), ea Mommsenus primus, cum iam ante eum nonnulli verum essent odorati, historico nostro abiudicanda esse demonstravit l. s. l. Mommsenum secutus est Hermannus Haupt; eandem quaestionem post Hauptium ego tractavi.

Huius autem collectionis, quae 330 fragmenta continet ad totam historiam Romanam ab urbis primordiis usque ad Imperatorem Theodosium pertinentia, duplex est ratio. Priora 44 fragmenta, quae de temporibus rei publicae liberae agunt, unde desumpta sint pro certo affirmari nequit: e Dione non fluxisse in aprico est. Quae sequuntur fragmenta 286, ad aetatem imperatoriam pertinentia, exceptis tantum septemdecim[3]), e Xiphilino sunt excerpta. Ea cum nec ad huius epitomatoris textum emendandum quidquam habeant utilitatis, iam olim monui prorsus esse abicienda.

Difficilior est quae oritur quaestio de sylloges parte priore. Etenim non satis est eam Dioni abiudicasse. Investigandum porro, an forte haec fragmenta ex historiarum scriptore manarint, qui Dionem compilaverit. Quod si statui posset, nonne eodem iure haec inter Dionea ederemus quo edimus Tzetziana et alia Byzantinorum fragmenta.

Mea autem ut olim[4]) ita etiam hodie est opinio, a Planude in hac priore sylloges suae parte unum potissimum historiarum scriptorem

---

1) Cf. Krumbacher, *Geschichte der Byz. Litteratur* p. 248.

2) Excerpta Planudea edidit Maius in *Scriptorum veterum nova collectione* 2, p. 527—555 (Ea sunt fragmenta, quibus ad finem additum non est *ex Suida, ex florilegio Vaticano, ex Zonara*).

3) Vide me *l. l.* p. 15. Haec partim e Paeanii metaphrasi Eutropii partim e scriptore ignoto, quo etiam Constantinus Manasses tamquam fonte usus est (cf. Sotiriadis *l. l.* p. 52), sunt decerpta. Eodem modo, ut mox videbimus, priori huius sylloges parti ex iisdem scriptoribus quaedam sunt addita. Ceterum in Planudis codice Heidelbergensi 129 f. 31 septem Paeanii excerpta inveniuntur (cf. Eutrop. ed. Droysen p. LXVIII). Nil mirandum igitur si syllogen suam historicam Planudes hic illic e Paeanio auxit.

4) *l. l.* p. 16. 20.

Excerpta Planudea

excerptum esse, quem ad modum in posteriore unum tantum excerpsit Xiphilinum, additis utrique parti paucis quibusdam aliunde desumptis.[1]) Neque hoc me poenitet, quod Mommseni amplexus sententiam opinatus sum scriptorem quem priore loco excerpendum sibi sumpsisset Planudes, Ioannem Antiochenum fuisse. Argumenta quibus haec coniectura nititur invicta non sunt (quod quisnam in tali re exspectet?), probabilia esse fortasse non erit negandum.

Primum enim multa ex Planudeis reperiuntur apud Suidam, qui quot fragmenta Antiocheni ex Constantinianis collectaneis[2]) in lexicon suum transtulerit satis notum est. Tum haud pauca conveniunt cum Eutropio: constat autem Antiochenum eius graecam metaphrasin, a Paeanii et Capitonis versionibus diversam, in suum usum saepe descripsisse. Denique, id quod maximum est, quattuor excerpta Planudea verbo tenus cum Antiocheno conspirant (n. 32. 35. 41. 42). Neque obstat, si quid video, quod fr. 3 et 4 ex Paeanio, ut videtur, desumpta sunt, nam etiam sylloges parti alteri ex eodem Paeanio pauca quaedam addita fuisse vidimus. Quod idem valet de fr. 1 et 2 cum Constantini Manasses Chronico conspirantibus.[3]) Contra in ceteris fragmentis equidem nihil repperi, quod cum indubitatis Antiocheni reliquiis pugnaret.

At si re vera Antiocheni sunt[4]) haec de quibus agimus Planudea, nonne partim saltem e Dione, utpote ab illo saepissime exscripto, tamquam fonte primario derivantur?

Cui respondendum, ex fragmentis Antiocheni procul dubio genuinis (Valesiana dico *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας* et Escurialensia *περὶ ἐπιβουλῶν*) apparere quidem in aetatis imperatoriae historia conscribenda usque ad Commodum praeter Eutropii metaphrasin etiam Dione saepissime eum usum esse, verum in ea parte quae ad rem publicam liberam pertineat nulla Dionis vestigia inveniri[5]). Id ipsum autem in fragmentis Planudeis obtinet. Quae Eutropiana non sunt, ea ex ignoto scriptore fluxerunt qui inter alios Dionysio quoque usus est; nulla reperiuntur quae ad Dionem referenda esse certo constat. Nam nec fr. 12 cum Zonara 7, 25, 1—6 et fr. 30, 1 (cf. p. 87 sqq. huius ed.) nec fr. 14 cum Zon. 7, 26, 6. 7 ita convenit ut inde concludendum sit haec e communi fonte manasse. Atque etiam multo minus in fr. 2. 6. 15 Dionem deprehendere licet.[6])

1) Aliter censet Haupt. *l. l.* p. 295. cf. quoque Sotiriades *l. l.* p. 51.

2) Cf. de Boor, *l. l.* p. 324.

3) Cf. p. CXI, 1. Fr. 5 quod affert Sotiriades *l. l.* p. 51, 11 mihi a Planude ipso conflatum videtur idque ex Antiocheno.

4) Non necessario statuendum esse Planudem ipsum Antiocheni opus in manibus habuisse vix est quod moneam.

5) Contra fieri potest (vel adeo veri simile videtur) ut in historia Romana vetustissima enarranda Iohannes Dionem (vel scriptorem qui eo usus est) adhibuerit, quare fr. 32 Müll. (quanquam ut nunc fateor audacius fortasse quam cautius) inter Dionea edidi (fr. 6, 1^{aa} huius edit.).

6) Ut putat Haupt. *l. l.* p. 44sq. — Quid de fr. 24 iudicandum sit vide p. 307. Conferatur tamen adn. ad hoc fr. p. CXIX.

Excerpta Planudea

Restat ut refutem argumentum quo olim ipse demonstratum credebam, Antiochenum (vel quisquis est scriptor cui haec fragmenta debentur) iam ante quam ad aetatem imperatoriam perveniret Dioneum expilandum sibi sumpsisse. Vidimus supra (p. CVII), cum iam antiquitus operis Dionei pars quae de temporibus Sullanis ageret casu quodam interiisset, hanc lacunam ex Plutarchi vita Sullae in eclogis Constantinianis expletam esse. Nec casu factum videbatur quod etiam in hac excerptorum serie hoc ipso loco fragmenta Plutarchea invenirentur (n. 37—42). Nonne inde colligendum erat hanc Dionis interpolationem iam ante Antiocheni aetatem factam fuisse, hunc autem eiusmodi exemplar interpolatum adhibuisse, quemadmodum postea adhibuissent eclogarii Constantiniani?

Sed fallaci specie deceptos nos intellexi. Etenim ex fragmentis Valesianis et Escurialensibus facile est videre Antiochenum in hac chronici sui parte expilasse Plutarchi vitas, non Sullae tantum sed etiam Ciceronis Bruti Antonii, excerpta inde desumpta Eutropianis ceterisque admiscuisse. Me iudice sic statuendum est: Antiochenus quemadmodum in fr. 68 M (usque ad *κινήσεως κ. τ. λ.*) Sullae vitam Plutarcheam (c. 30, 4—34, 5) in breve contraxit, ita in iis quoque quae in chronico suo hoc fragmentum praecedebant priorem Sullanae vitae partem in historiam suam transtulerat; utque ex fr. 68 M excerpta Planudea 41 et 42 desumpta sunt, ita ex illa parte nobis deperdita excerpta Planudea 37—40. Neque aliter iudicandum de Exc. Plan. 14, huius prioris seriei ultimo: ex Plut. *Luc.* 8, 3 desumpsit Antiochenus, ex Antiocheno Planudes.

Florilegii Planudei, quod inscribitur *συναγωγὴ συλλεγεῖσα ἀπὸ διαφόρων βιβλίων παρὰ τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ τιμιωτάτου ἐν μοναχοῖς κυρίου Μαξίμου τοῦ Πλανούδη πάνυ ὠφέλιμος* quinque mihi innotuerunt libri manu scripti:

1. cod. Vaticanus Palatinus n. 141, chartaceus 8⁰, saec. XV, fol. 378. Continet f. 1—150 Planudis epistolas, hymnos, scripta varia id genus. Sequitur f. 150 Florilegium. Ordo excerptorum hic est:

Excerpta Strabonis f. 150^r—172^v
„ *Pausaniae* f. 172^v—188^r
„ *ad historiam Romanam pertinentia* f. 188^r—210^v
„ *Aristotelis* f. 211^{rv}
„ *philosophica* ed. ab Aenea Piccolominio *Riv. di fil.* 2, 150 sqq.) f. 211^v—214^v
„ *Synesii* f. 214^v—217^v
„ *Ioannis Lydi* f. 217^v—224^v
„ *scriptorum ecclesiasticorum* f. 224^v—244^r
„ *Platonis* f. 244^r—273^v.

Sequuntur usque ad codicis finem primum excerpta ex scriptoribus Christianis, deinde varia quaedam, denique inde a f. 288^r Lecapeni grammatica.

Excerpta Planudea

Huius codicis (mihi A) ipse contuli folia 188^r—210^v.

2. cod. Vaticanus Graecus n. 951, chartaceus 8^0. saec. XV, fol. 260, neglegenter scriptus. Continet:

1. *Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ ἀλληγορίαι εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου περὶ θεῶν εἰρημένα* f. 1^r—8^v
2. *Μαξίμου μοναχοῦ τοῦ Πλανούδη συναγωνὴ ἐκλεγεῖσα ἀπὸ διαφόρων βιβλίων πάνυ ὠφελίμος* f. 9^v—152^v. Insunt eadem atque in cod. Vat. Pal. 141
3. *τοῦ Ψέλλου ἐξήγησις Χαλδαϊκῶν ῥητῶν* f. 152^v—169^v
4. *Ἑρμοῦ τοῦ τρισμεγίστου ποιμάνδρης* et alia f. 169^v—212^r, inter quae *ὅροι Ἀσκληπιοῦ πρὸς Ἄμμον* (sic) *βασιλέα* (f. 207^v—212^v)
5. *περὶ εὐφημίας τοῦ κρείττονος καὶ ἐγκώμιον βασιλέως* f. 212^r—213^v
6. precatio quae incipit *ἡ πανσθένης καὶ ζωοποιὸς ἁγία τριὰς κ. τ. λ.* f. 213^v—214^r. vacua folia 214^r—219^v
7. *τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μαξιμοῦ τοῦ ὁμολογητοῦ πρόλογος τῶν περὶ ἀγάπης τελείας καὶ τῶν ἄλλων ἀρεστῶν κεφαλαιωδῶς ἐκτεθέντων πρὸς Ἐλπίδιον πρεσβύτερον* f. 220^v—260^v.

Excerpta historica huius codicis (mihi B) contuli ipse. (f. 56^r sqq.)

3. cod. Laurentianus plut. 59 n. 30, chartaceus (?) 8^0., saec. XIV/V.

Foliis 1—163 continetur Sylloge Planudea, cuius Excerpta historica inveniuntur f. 30^v—47^v. Codicem descripsit Aeneas Piccolomini *Riv. di fil.* 2, 101 sqq.

4. cod. Parisinus graecus 1409, chartaceus 8^0., saec. XIV/V fol. 161.

Excerpta nostra incipiunt f. 41^r, desinunt f. 70^r. Librum ipse non vidi. Inspexerunt Planudea Omont (cf. Haupt *l. l.* p. 46), Melber (*Blätter für d. bayr. Gymn.* 23 p. 99 sqq.), Sotiriadis *l. l.* p. 50, 10.

5. cod. Neapolitanus, quem memorat Cobetus (*Brieven van Cobet aan Geel* p. 473), est Mus. Borb. 165 (II. F. 9), chartaceus, form. max., saec. XIV, fol. 238.

Excerpta Planudea leguntur f. 5^r—92. Sequuntur Euripidis *Hecuba*, *Orestes*, *Phoenissae*, *Troades* cum scholiis, cf. Cobet. in praef. Eurip. *Phoen.* ed. Geel. p. IX. Librum ipse non vidi. Inspexit olim Cobet., qui ad Excerpta historica adnotavit: „varietas lectionum, quae quidem sit memorabilis, non occurrit“ (Sched. in Bibl. Leid. adserv.).

1.—M. α′ = fr. 5, 2 B. D.

ὅτι Ῥωμύλος ἐπὶ τοῦ Παλλαντίου τὸ τῆς μελλούσης ἔσεσθαι Ῥώμης σχῆμα διαγράφων ταῦρον δαμάλει συνέζευξε, τὸν μὲν ταῦρον ἔξω πρὸς τὸ πεδίον νεύοντα, τὴν δὲ δάμαλιν πρὸς τὴν πόλιν, συμβολικῶς διὰ τούτων εὐχόμενος τοὺς μὲν ἄνδρας φοβεροὺς εἶναι τοῖς ἔξω, τὰς δὲ γυναῖκας γονίμους καὶ πιστὰς οἰκουρούς. εἶτα βῶλον λαβὼν

Excerpta Planudea

ἔξωθεν ἔσω ῥίπτει τῆς πόλεως, εὐχόμενος ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων τὰ ταύτης αὔξειν. M p. 527.

cf. Const. Man. *Chron.* v. 1620 sqq.
2 *δαμάλει* Mai., *δαμάλα* AB.

2.—M. β′ = fr. 11, 8 B. D.

ὅτι ἐν τῇ Ῥώμῃ θεμέλιον ὀρυσσομένων ναοῦ κεφαλὴ νεοσφαγοῦς ἀνθρώπου εὑρέθη λελυθρωμένη· πρὸς ἅπερ Τυρρηνὸς μάντις ἔφη τὴν πόλιν κεφαλὴν πολλῶν ἐθνῶν ἔσεσθαι, πλὴν δι᾽ αἵματος καὶ σφαγῶν. κἀντεῦθεν ὁ Ταρπήιος λόφος μετωνομάσθη Καπιτώλινος. M p. 528.

cf. Const. Man. *Chron.* v. 1672 sqq., Suid. *s. v. καπιτώλιον.* — Vide quoque Dionys. 4, 59—61.
1 *τῇ* addidi ex AB, om. Mai.

3.—M. γ′ = fr. 11, 9 B. D.

ὅτι δήμιον τὸ μίλιον λέγεται χιλίοις βήμασι μετρούμενον· μίλια γὰρ τὰ χίλια. M p. 528.

cf. Eutrop. 1. 4, Paean. 1, 4.

4.—M. δ′ = fr. 13, 1 B. D.

ὅτι δύο κατὰ τὴν Ῥώμην προεχειρίζοντο ὕπατοι ὡς εἰ συμβαίη τὸν ἕτερον φαῦλον εἶναι, καταφεύγειν ἐπὶ τὸν ἕτερον. M p. 528.

cf. Paean. 1, 9.

5.—M. ε′ = fr. 17, 13 B. D.

ὅτι τριβοῦνος ὁ δήμαρχος λέγεται, ὁ δὲ δικτάτωρ εἰσηγητής, ὁ δὲ πραίτωρ στρατηγός, ὁ δὲ κήνσωρ τιμητής· κῆνσος γὰρ ἡ τοῦ πλήθους ἀπαρίθμησις. M p. 528.

cf. Suid. *s. v. δικτάτωρ.* Vide Ioann. Antioch. fr. 45.
2 *τιμητής* A, *τιμητός* B.

6.—M. ς′ = fr. 18, 1 B. D.

ὅτι Μάρκιός τις κατὰ Βολούσκων ἀριστεύσας ἐφ᾽ ᾧ πολλοῖς μὲν χρήμασι πολλοῖς δὲ σώμασιν αἰχμαλώτοις πρὸς τοῦ μονάρχου τιμώμενος τὰ μὲν ἄλλα διωθήσατο, ἠρκέσθη δὲ στεφάνῳ καὶ ἵππῳ πολεμιστηρίῳ, καὶ αἰχμαλώτων ἕνα τῶν αὐτοῦ φίλων αἰτήσας ἀφῆκεν ἐλεύθερον. M p. 528.

= Suid. *s. v. Βολοῦσκοι.* Vide quoque Dionys. 6, 94.
1 inter *μὲν* et *χρήμασι* erasae 8—10 litterae in A.

7.—M. ζ′ = fr. 20, 2 B. D.

ὅτι συνεχέσιν ἀτυχήμασι Ῥωμαῖοι χρησάμενοι καὶ δαιμόνιον τοῦτο νομίσαντες, μίαν τῶν Ἑστιάδων κατὰ τὰ πάτρια ζῶσαν κατορύττουσιν ὡς αἰτίαν γενομένην τῆς θεοβλαβείας διὰ τοῦ προέσθαι τὴν παρθενίαν μιᾶναί τε μίξει παρανόμῳ τὰ ἱερά. M p. 529.

h*

Excerpta Planudea

8.—M. η′ = fr. 25, 8 B. D.

ὅτι τῶν Ῥωμαίων ἁλούσης ὑπὸ Γαλατῶν τῆς πόλεως εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνασκευασαμένων, ὁ Κάμιλλος φυγὰς ὢν εἰσπέμπει πρὸς αὐτοὺς ὡς ἐπιθέσθαι βούλεται τοῖς Γαλάταις· ὡς δὲ ὁ διακομίζων τὰ γράμματα εἰς τὸ φρούριον ἀφίκετο, οἱ βάρβαροι τὰ ἴχνη διεσημαίνοντο, καὶ μικροῦ δεῖν καὶ τὸ καταφύγιον ἔλαβον, εἰ μὴ ἱεροὶ χῆνες βοσκόμενοι τὴν τῶν βαρβάρων ἔφοδον διεθρύλλησαν καὶ τοὺς ἔνδον Ῥωμαίους διυπνίσαντες τοῖς ὅπλοις παρέστησαν. M p. 529.

3 ὁ om. A (eras. videtur), exhibet B.

9.—M. ι′ = fr. 25, 9 B. D.

ὅτι Σιβύλλης χρησμὸς ἔφασκε τὸ Καπιτώλιον κεφάλαιον ἔσεσθαι τῆς οἰκουμένης μέχρι τῆς τοῦ κόσμου καταλύσεως. M p. 530.

1 Σιβύλλης A, συβίλης B.

10.—M. ια′ = fr. 27 B. D.

ὅτι Φεβρουάριος φθονήσας Καμίλλῳ μελέτην τυραννίδος αὐτοῦ κατηγόρησε· τούτου δὲ διωχθέντος καὶ αὖθις καθόδου τυχόντος οἷς πολιορκουμένῃ τῇ πατρίδι κατὰ τὴν φυγὴν ἐβοήθησεν, εἰς ἐξέτασιν Φεβρουάριος ἄγεται καὶ διώκεται. Κάμιλλος δὲ καὶ τὸν ἐπώνυμον αὐτοῦ μῆνα παρὰ τοὺς ἄλλους ἐκολόβωσεν. M p. 530.

= Suid. *s. v.* *Φεβρουάριος* et *Βρῆννος*. Vide quoque Ioann. Malal. p. 183 sqq. Bonn., Georg. mon. 1, 15 Muralt., Cedr.

11.—M. ιβ′ = fr. 31 B. D.

ὅτι Μάλλιος τῷ βασιλεῖ μονομαχήσας Κελτῶν καὶ τοῦτον καταβαλὼν τὸν νεκρὸν ἐσκύλευσε, καὶ τὸν περὶ τὸν τράχηλον στρεπτὸν ἀνελόμενος, ὃς ἐπιχώριός ἐστι Κελτοῖς κόσμος, αὐτὸς περιέθετο, καὶ ἀπὸ τοῦδε Τορκουᾶτος πρὸς τῶν πολιτῶν ἐπεκλήθη, ὅπερ ἂν εἴη στρεπτοφόρος, καὶ τὴν ἐπίκλησιν ταύτην τοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ κατέλιπε μνημεῖον τῆς ἀριστείας. M p. 530.

= Suid *s. v.* *Τορκουάτος*. Cf. Eutrop. 2, 5.

12.—M. ιδ′

ὅτι σεισμοῦ κατὰ τὴν Ῥώμην συμβάντος, καὶ χάσματος ἐν τῇ ἀγορᾷ γενομένου, σιβύλλειον λόγιον ἦν συνελθεῖν τὸ χάσμα, τοῦ τιμιωτάτου ἐν ἀνθρώποις ἐμβληθέντος ἐν αὐτῷ. πολλῶν δὲ πολλὰ τῶν τιμίων ἐκεῖσε ῥιπτόντων, καὶ τοῦ χάσματος μηδαμῶς συνιόντος Κούρτιός τις καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἄριστος ἔφη συνιέναι βέλτιον τῶν ἄλλων τοῦ σιβυλλείου· τιμιώτατον γὰρ εἶναι χρῆμα πόλει ἀνδρὸς ἀρετήν· καὶ τά τε ὅπλα περιέθετο καὶ τὸν πολεμικὸν ἵππον ἀνέβη, καὶ ἀτρέπτῳ προσώπῳ ἐλαύνει κατὰ τοῦ χάσματος, καὶ συνῆλθεν ἡ γῆ· ὁ δὲ ἡρωϊκὰς καρποῦται τιμάς. M p. 531.

= Suid. *s. v.* *Λίβερνος*.
2 λόγιον ἦν A, ἦν λόγιον B.

Excerpta Planudea

13.—M. ιη' = fr. 34 B. D.

ὅτι Βαλλερίου μέλλοντος ἡγεμόνι τῶν Κελτῶν μονομαχεῖν, κόραξ προσιζάνει τῷ δεξιῷ τούτου βραχίονι καὶ ἀντιπρόσωπος τῷ Κελτῷ, τοῖς τε ὄνυξιν ἀμύττων τὸ πρόσωπον καὶ ταῖς πτέρυξι καλύπτων τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφύλακτον αὐτὸν τῷ Βαλλερίῳ παρέδωκε. καὶ ὁ Βαλλέριος Κορβῖνος ἐπεκλήθη· κόρβος γὰρ ὁ κόραξ. M p. 534.

= Suid. s. v. ἀμύσσειν, ἐπώνυμον, Κελτοί, Κορβῖνος. Cf. Eutrop. 2, 6.

14.—M. κ' = fr. 35, 6 B. D.

ὅτι Ῥωμαίων Λατίνοις πολεμούντων, καὶ τοῦ μάντεως εἰπόντος Ῥωμαίους νικᾶν εἰ ὁ ἕτερος τῶν ὑπάτων χθονίοις ἑαυτὸν ἐπιδοίη δαίμοσι, Δέκιος ὁ ὕπατος τὴν πολεμικὴν σκευὴν ἀποθέμενος καὶ τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα ἀναλαβὼν κατὰ τὸ καρτερώτατον εἰσελαύνει τῶν πολεμίων. καὶ ὁ μὲν πανταχόθεν βαλλόμενος θνήσκει, Ῥωμαίοις δὲ πρὸς τὸ εὐτυχὲς ὁ ἀγὼν ἐτελεύτα. M p. 534.

4 καρτερώτατον B, καρτερικώτατον A.

15.—M. κα' = fr. 35, 3 B. D.

ὅτι Μάλλιος ὁ ὕπατος τὸν ἑαυτοῦ παῖδα μονομαχήσαντα Ποντίῳ τῷ Λατίνῳ καὶ καταβαλόντα τοῦτον ὡς μὲν ἀριστέα ἐστεφάνωσεν, ὡς δὲ ὑπερβάντα τὰ ἐξ αὐτοῦ τεταγμένα ἐπελέκισεν· ὁ δὴ σὺν ὠμότητι πραχθὲν εὐπειθεστάτους τοῖς ἄρχουσι Ῥωμαίους κατέστησεν. M p. 535.

= Suid. s. v. Μάλλιος.
3 ἐπελέκισεν Mai., ἐπελέκησεν AB.

16.—M. κβ' = fr. 36, 9 B. D.

ὅτι Σαυνῖται Ῥωμαίους αὐλῶσι στενοῖς ἀπολαβόντες εἰς διαλλαγὰς ἐλθεῖν αἰσχρῶς ἠνάγκασαν, γυμνοὺς ὅπλων ζυγῷ καθ' ἕκαστον ὑποδυομένους ἀφιέντες. ἡ δὲ πόλις τὰς μὲν τοιαύτας σπονδὰς διέλυσε τοὺς δὲ ταύτας ποιησαμένους ὑπάτους τοῖς πολεμίοις ἐκδίδωσιν, εἰς ἐκείνους τὸ τῆς παρασπονδήσεως ἄγος ἀποτριβομένη. M p. 535.

= Suid. s. v. ζυγῷ.

17.—M. κς' = fr. 39, 2ª B. D.

ὅτι τοῦ Δολοβέλλου περαιουμένοις τὸν Τίβεριν ἐπιθεμένου τοῖς Τυρσηνοῖς ὁ ποταμὸς αἵματός τε καὶ σωμάτων ἐπληρώθη, ὡς τοῖς κατὰ τὴν πόλιν Ῥωμαίοις τὴν ὄψιν τοῦ ποταμίου ῥείθρου σημᾶναι τὸ πέρας τῆς μάχης πρὶν ἀφικέσθαι τὸν ἄγγελον. M p. 536.

2 τοῖς om. B.

18.—M. κζ' = fr. 39, 2ᵇ B. D.

ὅτι ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν Τιβέρεως μέχρι Ῥώμης στάδιοι ναυσίποροι ιη'. M p. 536.

Excerpta Planudea

19.—M. λγ' = fr. 40, 17 B. D.

ὅτι Πόπλιος Βαλέριος ἄνδρας ἐπὶ κατασκοπῇ πρὸς τοῦ Πύρρου σταλέντας ἐχειρώσατο. οὓς περινοστῆσαι κελεύσας τὸ στρατόπεδον ἀφῆκεν ἀπαθεῖς, ἀπαγγελοῦντας τῷ Πύρρῳ τόν τε κόσμον τῆς στρατιᾶς καὶ πρὸς οἵους καὶ ὅπως ἠσκημένους ἄνδρας διαγωνιεῖται. M p. 537.

cf. Eutrop. 2, 11.

1 κατασκοπῇ AB, κατασκοπεῖν Mai., κατασκοπὴν Bk. 4 διαγωνιεῖται B, ἀγωνιεῖται A.

20.—M. λδ' = fr. 40, 20 B. D.

